ZIONE PISTOIESE
CASSIGOLI

1616

BLIOTECA NAZIONALE
NTRALE - FIRENZE

R. BIBLIOTECA NAZIONALE CENTRALE
DI FIRENZE

COLLEZIONE PISTOIESE


RACCOLTA DAL

CAV. FILIPPO ROSSI-CASSIGOLI

nato a Pistoia il 23 Agosto 1835
morto a Pistoia il 18 Maggio 1890

Pergamene - Autografi - Manoscritti - Libri a stampa - Opuscoli - Incisioni - Disegni - Opere musicali - Facsimile d'iscrizioni - Editti - Manifesti - Proclami - Avvisi e Periodici.


21 Dicembre 1891



Digitized by Google

Digitized by Google

PRO
NEO-CÆSARE
EUSTACHII CARTOLI
SISTRUM.



FLORENTIÆ MDCCXLVI.
Ex Typographia Bernardi Paperinii

CUM APPROBATIONE.

Digitized by Google

AD SACROS AUGUSTOS

CÆSAREORUM CONJUGUM

PEDES.

TETRASTICHON.

TOTUS *in obſequium genibus cervice reflexâ*
Infimus Etruſcus Subditus ac Famulus,

Numinibus tantis gracili hæc modulatus avenâ,
CARTOLUS EUSTACHIUS *Seque Suoſque ſacrat*.

Digitized by Google



SACRE AUGUSTE MAESTÀ CESAREE.

Quella mano, che ha oſato ombreggiare coll'oſcurità de' preſenti Inchioſtri l'eccelse Glorie delle Sacre Maestà Vostre Cesaree non conoſce più, che preſunzion ſia profondamente umiliarſi adeſſo agli Auguſti Lor Piedi: Temerità tale, che bene mi avveggio porre in eſtremo disborſo l'ineſauſto Erario

del-

dell' immenſa Loro Clemenza per compartirne un generoſo Perdono; ma per eſſere queſta infinita, poco, o nulla ſpero, ſaprà accorgerſi di cotanto diſpendio, tenendo per grazioſo coſtume anche l' uſo frequente de i Gradimenti, nonchè l' eſercizio gratuito di Plenarie Indulgenze. Tra gl' infiniti Applauſi pertanto ben dovuti alle Sovrane Loro Eſaltazioni Imperiali, ſi degnino (umiliſſimamente Le ſupplico) ammetterne ancora queſta piccola Eco refranta fino dall' eſtreme Rupi della Toſcana per mezzo di Me, il più infimo, ma forſe il più fervido Adoratore de' Loro Glorioſiſſimi NOMI; e tra gli eceſſi dell' Auguſta Clemenza ſoliti diffonderſi dalle Maesta' Vostre Cesaree nell' auge de' Loro maggiori contenti, ſi annoveri ancor queſto di aver ſaputo perdonare per tal riguardo, non meno alla temerità, che all' ignoranze di una Penna, la quale non ha finora imparato a formare altri Caratteri, che quelli, co' quali, anche contro la ſindereſi del proprio demerito, ardiſco profondamente pubblicarmi

Delle Sacre Auguste Maesta' Vostre Cesaree

Dalla Terra di San Marcello li 13. Settembre 1746.

Umiliſſimo, Fedeliſſimo, Ubbidientiſſimo Servitore, e Suddito
Eustachio Cartoli.

AD LECTOREM
AUTHOR.

L*Itterarium hucuſque Anfractum, quoquo modo res ſiverit, denique, Deo dante, humaniſsime Lector, abſolutum tenes. Scitu tamen dignum, quod Author in Piſtorienſi Montano Seceſſu, quaſi ruri, ſemperque domiciliarius jamdudum degens (ubi ſiquidem perrara Librorum, nulla prorſus Conſulentium, ſive Adjuvantium copia) hæc eadem pro viribus, imbecillique ſuo marte, ac valetudine exaravit.*

Longe itaque procul ab Urbibus, Sophis, ac Gymnaſiarchis, nil eorum conſilio vel ope, nil alieno ſaniore judicio,

Digitized by Google

nil leviore limâ uti valuit: unde veniæ dandum quidquid fortaſſe erroneum, inaffabre, aut minus ſcitè minuſve caſtigatum irrepſerit.

Totum inſuper per continuos hinc inde iteratos Tabellarios, cæteraque quamplura id genus incommoda, cum accurato atque elegantiore Typographo noſtro Bernardo Paperinio, *perquam merito Typorum Ampliatore, totum inquam hujuſmodi faceſſere, atque expedire negocium neceſsum fuit.*

Moræ quoque haud modicum ſibi vindicavit Opus ſcrutinio expoſitum ſub Eruditiſſimo Antiquitatis Interprete, Domino meo Præpoſito Antonio Francisco Gorio, *omnigenæ celeberrimo Minervæ Palladio, a ſupremis regiiſque Comitiis ad hoc ſignanter ſtatuto Cenſore.*

Sub Inciſore pariter, haud ſemel ægrotante, non pauci conſumpti menſes. Talibus idcirco perpenſis, nil mirum, ſi plus temporis, quam par eſset, præter voluntatem, impendendum occurrerit.

Hac de causa plurima jam confecta, ne nimius, ſed potiſſime ne cunctantior evaderem, interim miſſa facio; quæ ſimul cum reliquis, ac præ manibus conficiendis, minimeque fortaſſe ingrata, aliàs, favente Deo, evulganda concedam.

Si vernaculâ, nempe Italicâ, quandoque linguâ uſus ſum, Nationis, ac varietatis gratiâ hoc tantùm evenit.

Aliena multoties adhibita Carmina, dummodo rei inſerviant, uti cenſeo, amabò ne ſpernito; eo quo modo Noſtrates longinquis, exteriſque condita aromatibus libentius deglutiunt: quin illa excerpere, aptare, atque conſuere, nil leviori aſcribas negocio, curæ, ac labori,

Boni itidem conſulas, ſi quid acrius, vel æquivocum fortaſſis videatur; Poëſis etenim anguſtiis ſeu leporibus hoc referendum; nunquam mehercule menti, quæ in cunctos omnes;

ſed

ſed potiſſime in univerſos Dynaſtas, ſeſe ſemper officioſiſsimam ac venerabundam profitetur.

Minus ad offenſam contemtumve revoces, quod pluries ceſſandi appareat intentio, non equidem effectus; nimium etenim devinctus Animus ſui non eſt juris; ſiquidem exardentis cordis, cogente Amore, mos eſt ſæpe nequire quod vellet, ſæpius voluiſſe quod nequiret; ſed tandem ex æquitatis conſulto, ægro licet animo, typis, non calamo indicitur finis: difficillimum quippe dicam, quin verius impoſſibile, didiciſſe ſcribere, & AUGUSTISSIMORUM *Laudibus abſtinere, eorumdemve gloriæ parcere; verius namque de* ILLIS *accidit,* IPSORUM *ut in laudibus difficilius ſit exitum, quàm principium invenire.*

Non abs re Litterarium Anfractum ſuperiùs hunc dixi Librum (quod & ipſe probabis) quum nullâ ſervatâ methodo plurimis plurima diverſimodè congerantur; non ita tamen promiſcue cumulantur, ut omnis receſſerit diſpoſitio, venuſtas, ſive oblectatio; prout in Siſtrorum crepitibus, qui licet incompoſiti, & irregulares, aliquâ non ideo ſine lege ſtrepunt, unàque delectant: unde Libro tale inditum ex conſulto nomen, ſolaque varietas pro methodo habenda eſt, nec adeo informis, ut integro deducto penſo, vermiculato vel cuilibet confecto Operi ſaltem non æquivaleat. Liceat hoc ergo modo per CÆSAREAS *vagari ſine lege laudes, unus enim colendi* AUGUSTOS *modus eſt,* ILLOS *ſine modo diligere, ſine modo concelebrare, ac venerari.*

Nonnulla etiam offendes genera, ſive argumenta ab antiquis minimè cognita, proindeque minimè pertractata: quamobrem moleſtè ne feras, ſi recente, ſed fortaſſe non reſpuendo Carmine, ſeu Latinitate donata occurrerint.

Graves æque Patrisfamiliæ curæ, ſolicitudines, ſimulque onera Scribentis nil calamo minus, ac menti, quam celeritati

ritati ſæpeſæpius adverſabantur, cuilibet uti magis expedit imaginari, quam fuſius enarrare.

Vicit amor, quo docente, animoque in obſequium Duce, CÆSAREO *tantum cultui, cordiſque explicandis ſententiis inſervire, non venuſtioris linguæ leporibus indulgere ſategi.*

Potiſſimis interea moræ intellectis cauſis, negligentiæ ne tribuas, meoque deprecor ne vitio vertas, quod impellente caſu enarrata exegit neceſſitas; ſed clementiâ tuâ ſummâ tarditatem rependens, humaniter me ſimul admittas, auſumque meum indulgenter excipias: Tenet *enim* inſanabile multos ſcribendi cacoëthes. *Vale, terque ſoſpes perennes.*

Kalendis Maii CIↃ. IↃ.CC. XLVIII.

Nota leges quædam, ex calamo ſed plurima noſtro;
Pars nova major erit: Lector, utrique fave.
Marmora Meſſalæ findit caprificus, & audax
Dimidios Criſpi mulio ridet equos.
At chartis nec furta nocent, nec ſæcula præſunt;
Solaque non norunt hæc Monumenta mori.
Ex Martiale.

Non extra rem ſuperius dixi = cum Typographo noſtro = talis namque aliquomodo innui poteſt, quum ſemper exactiſſimis ejusdem Prælis uſus ſim, potiſſimè pro editione Italici Libelli ſub Titulo = Sonetti diverſi del Dottore Euſtachio Cartoli = *quibus recentior, numeroſior, jamque elaborata, ſi res ſiverit, brevi Pars accedet Secunda, unaque ſimul Sacræ nonnullæ Panegyricæ Orationes.*

MUNU-

MUNUSCULORUM INDEX.

AD CÆSAREM.
MUNUSCULUM PRIMUM. ——— *Pag.* 99.
AD IMPERATRICEM REGINAM.
MUNUSCULUM SECUNDUM. ——— *Pag.* 115.
AD AUGUSTUM INFANTEM PRIMUM.
MUNUSCULUM TERTIUM. ——— *Pag.* 125.
AD AUGUSTUM INFANTEM SECUNDUM.
MUNUSCULUM QUARTUM. ——— *Pag.* 133.
AD AUGUSTAS QUATUOR INFANTES.
MUNUSCULUM QUINTUM. ——— *Pag.* 139.
AD REGIUM DUCEM CAROLUM.
MUNUSCULUM SEXTUM. ——— *Pag.* 145.
AD CÆSAREAM SORОREM CAROLINAM.
MUNUSCULUM SEPTIMUM. ——— *Pag.* 153.
AD AUSTRIAC. VIDUATAM IMPERATR.
MUNUSCULUM OCTAVUM. ——— *Pag.* 165.
AD NOVISSIMAM SARDINIÆ REGINAM.
MUNUSCULUM NONUM. ——— *Pag.* 171.
AD BAVARICAM IMPERATR. VIDUAM.
MUNUSCULUM DECIMUM. ——— *Pag.* 175.
AD SARMATUM REGINAM.
MUNUSCULUM UNDENUM. ——— *Pag.* 177.
AD LUSITANIÆ REGINAM.
MUNUSCULUM DUODENUM. ——— *Pag.* 183.

Argumentorum Notula.

Pro Primo Nato AUGUSTO INFANTE. ——— Pag. 81.
Pro Secundo Nato AUGUSTO INFANTE. ——— Pag. 91.
Pro Tertio Nato AUGUSTO INFANTE. ——— Pag. 179.
Pro Quarto AUGUSTO Naſcituro INFANTE. ——— Pag. 201.
Pro Tertia Nata AUGUSTA INFANTE. ——— Pag. 79. & 80.
In Obitu NEO-NATÆ AUGUSTÆ INFANTIS. ——— Pag. 214.
CÆSAREUS Reditus. ——— Pag. 19.
Poëtæ Delegati. ——— Pag. 29.
Fluminum Salutationes. ——— Pag. 33.
Magnæ Aquilæ Pyramis. ——— Pag. 63.
DIVI STEPHANI Inſignia. ——— Pag. 188.

Pro Libello Commendationes.

Petro Metaſtaſio. ——— Pag. 166. & 190.
Principi BAUKWENSI DE CRAON. ——— Pag. 205.
Ad Eumdem. ——— Pag. 206.
Ad Eumdem. ——— Pag. 207. &c.
Comiti EMMANUELI DE RISCHECOURT. ——— Pag. 211.
Ad Eumdem. ——— Pag. 212.
De Eodem. ——— Pag. 213.
De Ambobus ſimul. ——— Pag. 214.

Libelli Oblationes.

Beatiſſimo Patri BENEDICTO XIV. ——— Pag. 237.
Eminentiſſimo ALEXANDRO ALBANI. ——— Pag. 239.
Eminentiſſimo MARIO MILLINO. ——— Pag. 241.
Comiti CAROLO STAMPA. ——— Pag. 243.
In ejus Pisas Adventu. ——— Pag. 245.
In idem Argumentum. ——— Pag. 241.

Aliquot Materiarum Indiculus.

De Montanea Piſtorienſi—Carmen. —— *Pag.* 101.
De Passione DOMINI—Carmen. —— *Pag.* 117.
DIVI ALOYSII Sponſalia—Carmen. —— *Pag.* 155.
Pro Cæsarea Electione—Ecloga. —— *Pag.* 141.
Pro Eadem—Varia Epigrammata. —— *Pag.* 43. *&c.*
In Anniverſariam Diem—Elegia. —— *Pag.* 9.
De Tabaccorum uſu—Elegia. —— *Pag.* 127.
De Curifugo—Elegia. —— *Pag.* 135.
De Nemorum Conſervatione—Elegia. —— *Pag.* 147.
Pro Primo Maris Partu—Elegia. —— *Pag.* 82.
Author ad Libellum—Elegia. —— *Pag.* 165.
Scala Anagrammatica. —— *Pag.* 13.
Varia ad Imperium Vaticinia. —— *Pag.* 14. *&* 15.
Pro CÆSAREA Coronatione. —— *Pag.* 54.
Pro REGINÆ Coronatione. —— *Pag.* 90.
CRUX Ænigmatica. —— *Pag.* 187.
Tripos Apollineus. —— *Pag.* 180.
Aquila Triceps. —— *Pag.* 179.
Claudiani Centones. —— *Pag.* 12. 18. 37. *&* 181.
Virgiliana Segmenta. —— *Pag.* 35.
Canticum Ovidianum. —— *Pag.* 33.
Cento Davidicus. —— *Pag.* 39.
CÆSAREA deſignata IMAGO. —— *Pag.* 60.
De Eadem—Varia Emblemata. —— *Pag.* 61. *&c.*
Ad REGINAM, Pro Partu Converſio —— *Pag.* 88.
De Nomine Adam. —— *Pag.* 84.
Pro Regio Oliſiponis Templo. —— *Pag.* 185.
CÆSAR de Se ipso jocatur. —— *Pag.* 59.

Muſa-

Muſarum Gratulatio. ——— Pag. 86.
De Eccleſiâ erigendâ. ——— Pag. 57.
De Eadem. ——— Pag. 58.
Pæan Lyricus. ——— Pag. 171.
Tabella Votiva. ——— Pag. 176.
In Oblationes Confirmatio. ——— Pag. 164.
Pieridum Munuſcula. ——— Pag. 97.
Echonis Metrica Reſponsa. ——— Pag. 175.
Temporum Enumeratio. ——— Pag. 170.
Aquila Decepta. ——— Pag. 48.
Aquila Pererrans. ——— Pag. 47.
Fluminum Certamen. ——— Pag. 45.
Ad Cunam Næniola. ——— Pag. 182.
Cordis Symbolum. ——— Pag. 189.
Diſtichon Chronographicum. ——— Pag. 189.
Florum Inſertio. ——— Pag. 193.
Laminarum Appoſitio. ——— Pag. 197. & 199.
Pro Feriato ubique Marte. ——— Pag. 227. &c.
Antitheſon Quadratus. ——— Pag. 230.
Authoris ad Tumulum. ——— Pag. 231.
Petitur ceſſandi venia. ——— Pag. 204.
Vice-Sigilli Typus. ——— Pag. 203.
Salutationes Triangulares. ——— Pag. 226.
Authoris Effigies. ——— Pag. 233.

Reliqua non pauca, ſcilicet Epigrammata, Exaſticha, Tetraſticha, Diſticha, Inſcriptiones, Elogia, Anagrammata, ceteraque id genus variis modis compoſita, ſingulatim indicare nil præſtat; ſed perlegendo facilius occurrent.

TENUITATEM, AC TARDITATEM SUAM
USQUE IN ANNIVERSARIAM DIEM
INCUSAT AUTHOR.

E L E G I A.

EXCIPE *pacato*, CÆSAR *Germanice*, *vultu*,
Quæ de TE *Summo pagina noſtra canit*,
Officiique levem non averſatus honorem,
In Tibi devoto munere dexter ades.
Indulgere meis ne deſis, *deprecor*, *auſis*,
Si veniæ occurro magna ego cauſa Tuæ.
Parce VIR *immenſo major Virtutibus Orbe:*
Jure venit cultos ad ſibi quiſque Deos.

Haud patiar noſtros latitare diutius ignes,
Per quos jamdudum pectora aduſta gero.
Heu quota flamma meos animos incendit apertè,
Pro TE, *pro Celsâ* CONJUGE *clara micans!*
Quid non jam totum flamma hæc depaſcitur Orbem?
Saucia quam dulci vulnere corda forent!
Reſpuat omnis amans quæcumque incendia, tantùm
Ardeat AUGUSTI *captus amore novi.*
Nec ſit, nec fuerit cunctis modus ullus amandi;
Fine eſt immodico dignus uterque coli.
Reddere CÆSARIBUS *munuſcula rite quotannis*
Mos fuit, & Sertum quâ meruere die.
Integer en ordo ſolemnis clauditur anni,
Quo TE FRANCISCUM *fata dedere Jovem:*
Quo TE *ſceptriferi communia vota Senatus*
Terrigenis cunctis præpoſuere Deis.
Undique feſta Dies revocat per gaudia plauſus,
Gaudia quid ſileam territus unus ego?
Primus ni ſilui tanti prænuncius aſtri,
Quam foret heu majus mox tacuiſſe nefas.
Per Numeros Diadema, prius quam fronte micaret,
Nomine digeſto vaticinatus eram.
Fatidica inſpicies ſculpta hic Anagrammata prælo,
Quæ TE *Francfurti ſcripta adiere manu.*
Quæ cecini vates, quoque Numina vera dedere,
Quæ cano, nunc eadem, nilque minora probent.

Ipſe

Ipſe licet laudare vetes laudabimus, atque
Hoc unum fieri Te prohibente poteſt.

Quæ tuleram ſubitus, Typus at modo carmina tardus
Reddidit, hæc eadem nunc adhibere ſinas.

Non equidem mentis, culpetur inertia nummi,
Quo ſine perlentè torcular urget opus.

Quòd minimum valui, ſerus quod condita promo,
Materiam veniæ ſors Tibi noſtra dabit.

Muſa quidem tenuis, nec quæ tua nomina poſſit,
Officioſa tamen quomodocumque canit.

Te **Litui**, *me Siſtra decent crepitantia tantum*
Nil bene condito murmura læta ſono.

Frivola ſunt, fateor, vires non amplius audent,
Auderent quamvis mens, animuſque meus.

Utque pares meritis par ſim depromere verſus
Quid mihi Pierides Smirnea plectra negant?

Qualiacumque tamen calamus deduxerit illa,
Semper in obſequium pignora cordis erunt.

Hos Tu contigeris, CÆSAR, *ſi forte libellos,*
Terrarum dominum pone ſupercilium.

Seu tantum accipias, ego Te legiſſe putabo,
Ac tumidus gallâ credulitate fruar.

Interea ſpes Alta Poli, Pars maxima Terræ,
Tot numeres annos quot tulit ille dies:

Tot ſimul enumeret Divûm genus inclyta CONJUX,
NATÓRUM *totidem* CÆSAREUSQUE *Chorus.*

IN ANNUAM PRÆFATAM REVERTENTEM DIEM EXULTATIO EX CLAUDIANO RECOLLECTA.

AUſpiciis iterum ſeſe CÆSARIBUS *Annus*
Induit, & totâ fruitur jactantior Aulâ:
Annua LOTHARIDES *renovant primordia Faſces,*
Exultant reduces FRANCISCO CÆSARE *pompæ.*
Non Generis dono, aut eſt ambitione potitus,
(Digna legi virtus) ultro ſe Purpura ſupplex
Obtulit, & ſolus meruit regnare rogatus.
Per cunctos iit Ille gradus, Aulæque labores
Emenſus tenuit ſummæ faſtigia Sedis.
Nulla relicta foret Viennenſibus Urbibus umbra,
Ni Tuus Ille Avus hæc jam jam ruitura ſubiſſet
Pondera, turbatamque ratem, certâque levaſſet
Naufragium comune manu, dum forte coibant
Innumeri Thraces longâ obſidione prementes.
Omnibus afflictis, & vel labentibus ictu,
Vel propè caſuris, unus tot funera contra
Reſiſtit, extinxitque faces, Agriſque Colonos
Reddidit, & Lethi rapuit de faucibus Urbes.
Hoc de fonte Pius, nec non Regalis ab ortu
Naſceris æquævâ cum Majeſtate creatus:
Omnibus Acceptis meritò te hinc Regia ſolum
Protulit, & ſummo felix concreſcis in oſtro.
Tuque o quæ patrium curis æqualibus Orbem
AUGUSTO CONNUPTA *regis, procede ſecundis*
Alitibus, Phœbi æternos ordire regreſſus:
Spes, Votumque Poli, quam primo a limine vitæ
Nutrix Aula fovet, divis quam fulgida tectis
Inter laurigeros aluerunt fata triumphos:
Eſtque Tibi cum luce datum Regnare; Poteſtas
Te prius excepit pignus venerabile in oſtris,
Luſtravitque Tuos Aquilis victricibus ortus.
O nunc AUGUSTIS *felix Authoribus Annus*
Tam bene ſignatus! Tellus te cuncta loquatur,
Longaque perpetui ducant in ſæcula Faſti.

Sed

Digitized by Google

Sed quia nonnulla deinceps occurrunt Numerica Anagrammata;

Ad faciliorem captum, ſubſequens hic apponitur Scala,

Seu virtus Alphabetica juxta Literas diſpoſita per Numeros majores

Omiſſis minoribus, de quibus non modo contingit.

1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	20
a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l
30	40	50	60	70	80	90	100	200	300	400
m	n	o	p	q	r	s	t	u	x	z

MULTIMODA AD IMPERIUM INAUGURATIO

Per Numeros majores excerpta, ac prævia Electioni vulgata.

PROGRAMMA.

522. 584. 614.
FRANCISCUS TERTIUS LOTHARINGIUS ——— 1720.

16. 715. 787. 202.
ECCE AUSTRIADUM RESTAURATOR IMPERII ——— 1720.

290. 561. 415. 59. 395.
VERE ROMANORUM IMPERATOR DEO DATUS ——— 1720.

ALIUD PROGRAMMA.

368. 480. 504.
MAGNUS ETRURIÆ DUX ——— 1352.

116. 695. 177. 364.
FIAT SUPREMUM GERMANIÆ CAPUT ——— 1352.

99. 561. 385. 99. 208.
IS ROMANORUM REX CÆS. AUG. ——— 1352.

EXASTICON EADEM PROMISCUE CONTINENS.

AUSTRIACI IMPERII REPARATOR MAXIME *credas:*
Reſtaurata magis, quam nova ſæpe manent.
Quæ ROMANORUM *ſublimia* SCEPTRA *gubernes,*
Iſta TIBI VIRTUS *dat* TUA, *datque* DEUS.
Dumque CAPUT *ſummum jam* TE GERMANIA *clamet,*
Nec tanti AUGUSTUS CÆSAR *in Orbe fuit.*

Digitized by Google

522. 614. 16. 40. 65. 296. 61. 131.
FRANCISCUS LOTHARINGIUS ECCE JAM DIGNE IMPERABIT HOC ANNO 1745.

EPIGRAMMA.

EXCIPE REGALI *priſcum de* STIPITE GERMEN,
Myſtica, quæ TUA *adhuc* NOMINA *fata canunt.*
TE *properum manet* IMPERIUM, DIADEMATA *tanta*
FRONTIBUS *occurrunt ambitioſa* TUIS.
Hic ſummum regnare jubet TE *labilis annus,*
Pondere ne ab careant omina noſtra precor:
Deque TUIS NATIS *cecini quoque plurima, Vatem*
Numina dent, utinam, nil niſi vera loqui.
Fallere ſed nequeunt; vel TU *ſervaris in illa*
SCEPTRA, *vel hæc eadem* TE *ſine ſtare negant.*

EADEM AUSPICIA PER ALIQUOT ITALICOS ANAGRAMMATICOS RHYTMOS.

65. 84. 448. 493. 327.
NEL Mille Settecen-quaranta-cinque ——— 1417.

339. 29. 293. 128. 208. 420.
Vedrò il Tosco GRAN-DUCA IMPERATORE ——— 1417.

465. 140. 9. 29. 541. 233.
Suprem' EROE ah del Marzial' Honore ——— 1417.

278. 13. 196. 171. 281.
FRANCESCO DI LORENA alto SIGNORE ——— 939.

179. 212. 29. 163. 356.
Eccelcso DUCE del GERMAN Valore ——— 939.

AD IMPERATRICEM
AUGUSTISSIMAM
ALIUD ANAGRAMMA.

Magno cum Omine per Numeros æque majores.

PROGRAMMA.

121. 289. 674.
MARIA THERESA IMPERATRIX —— 1084.

16. 409. 45. 331. 67. 216.
Ecce Cęsarum FILIA, SPONSA, deinde MATER —— 1084.

DISTICHON.

Induperatoris ſi FILIA, SPONSAQUE *regnas,*
Induperatoris ſic quoque MATER *eris.*

DE

Digitized by Google

DE PRIMO REGIO
AUGUSTOQUE INFANTE,

Omina pariter Anagrammatica,

Atque per Numeros majores Exametro aptata.

PROGRAMMA.

JOSEPH (222.)	BENEDICTUS. (458.)	680.
Cęsare (185.) nec (48.) minus (369.) ecce (16.) ego, (62.)		680.
Sic (102.) de (9.) Cęsare (184.) Cęsar (179.) alter (206.)		680.

DISTICHON.

CÆSARE *nec minus ecce ego, ſic de* CÆSARE CÆSAR
Alter; quod mihi dent Numina, & inde meis.

FELIX AC FAUSTA INAUGURATUR DIES PRO CÆSAREO SEQUENTI REDITU

PROUT MOX ENUNCIABITUR.

Sol, qui flammiferis Mundum complexus habenis
Voluis inexhauſto redeuntia ſæcula motu,
Sparge Diem meliore comâ, crinemque repexi
Blandius elato ſurgant temone jugales,
Efflantes roſeum frænis ſpumantibus ignem.
Ire THERESA *parat, Secum* FRANCISCUS *& unâ,*
Ambo, Dii, noſtrique Ambo nova Numina Mundi.
Te precor ignarum doceas Phœbe inclyte Vatem
Quis Deus Ambobus tanti ſit muneris Author;
Scis GENUS AUSTRASIUM, *nec te latuere Parentes*
AUSTRIACI, *nam ſæpe ſoles Authoribus Illis*
Inſtaurare vias, & curſibus addere nomen.
Solliciti en famuli currum junxere volantem;
Ecce feruntur equis celeres, curſuque rotarum
Saucia jam bifido ſignatur ſemita ſulco,
Quamque petunt Viennam jam jam conſurgere ſpectant.
Proſpicis AUGUSTOS PRINCEPS *Venerande Penates?*
Hi ſunt, quos primis olim miratus ab annis
Patre Pio monſtrante petis: Nil Optimus Ille
Divorum toto meruit felicius ævo,
Quamquod CÆSAREIS *Victor ſub mænibus egit*
Te conſorte dies, Aulam virtute ſerenans.
Interea ſecat ILLE *vias, Comes additur* ILLA,
Quâ modo nulla refert antiquis pagina libris,
Nec Latiæ cecinere Tubæ, nec Græca vetuſtas
Conjuge Digniorem; nam tantum Cœtibus extat
Femineis, quantum ſupereminet ILLE *maritos,*
Ceu ſibi certantes Sexus quid poſſit uterque.
O nunquam peritura Domus, ſic debita ſemper
Cœlo Progenies, nulliſque obnoxia Fatis!
Omni nobilior luſtro Tibi gloria Soli
Contigit, exactum nunquam memorata per ævum:
Accipe Fortunam; Generis Diadema reſume,
Quod tradas Natis, rurſumque in ſæcula ſiſtas.

IL

Claudian. Inven. Euſtachius Delin.

Digitized by Google

IL SOLENNE INGRESSO IN VIENNA.

ERanſi finalmente inviaggiate di ritorno da Francfort a Vienna, ambe le nuove AUGUSTE MAESTA' CESAREE, ed in breve col proſeguimento di non molte, ma proſpere giornate ſi trovarono a ſera in diſtanza di due ſole leghe dalla fortunata Metropoli, e quivi non isdegnarono di pernottare nel vaſtiſſimo magnifico Campamento a tal fine erettovi, ove ricevuta in confuſo tra gli ſtrepitoſi rimbombi delle Artiglierie, e de i Giubili, una indicibile quantità di Complimenti dagl' infiniti Perſonaggi ivi concorſi ad inchinarle, e ſervirle, come appreſſo ſi dirà, dopo ſolenne Banchetto, lautamente comunicato anche a tutti gl' Intervenuti, ſi portarono al notturno neceſſario ripoſo ſu gli approntati Origlieri.

Comparve alla perfine il tanto deſiato mattino deſtinato al ſolenne Ritorno, ed Ingreſſo, il di cui ordine, e norma fu tutta regolata dallo ſteſſo Mercurio come Maggiordomo di Giove, e da eſſo a tale effetto ſpeditovi, quale in figura di Welt-Mareſciallo diſpoſe il metodo del ſeguente Treno, e Marciata, cioè:

Fu data la prima ſfilata a varj numeroſiſſimi Battaglioni di Guardie Pedeſtri, ed Equeſtri, precedute, ed intramezzate ogni tanto da ſceltiſſimi Concerti di ogni ſorte di Militare Strumento, che venivano dopoi accompagnati da ſtrepitoſe, e ben regolate ſalve di tutti li loro Fucili.

Comparivano in oltre 100. Drappelli di Palafrenieri, e Staffieri, che con varie ſpiritoſiſſime Bardature a mano a quattro a quattro occupavano con vaga pompa gran tratto di Strada, ed a queſti ſeguivano 200. Coppie di Nobiliſſima Paggería, dopo de i quali recava non più veduto ſpettacolo una gran Comitiva de i più celebri decantati Regj, che vantino gli andati Secoli, ed Epoche, ravviſandoſi diſtintamente tra eſſi tanto dal volto, che dagli reſpettivi loro Manti:

CIRO IL PERSIANO.
DARIO IL MEDO.
CAMBISE L'ETIOPE.
ALESSANDRO IL MACEDONE.
PORO L'INDIANO.
MASSINISSA IL NUMIDA.
PORSENA IL TOSCANO.
ROMOLO IL QUIRINO.
NINO IL BATTRIANO.
XERSE L'ASSIRO.
CRESO IL LIDIO.
ANTIOCO IL SIRIACO.
MITRIDATE IL PONTICO.
SIFACE IL MAURITANO.
PIRRO L'EPIROTA.
ARTAXERSE LONGAMANO.

Con altri moltiſſimi di ſimil Rango, Capitanati tutti alla teſta dallo ſteſſo Marte in Perſona, che coperto ſolo il Petto di luciſſimo Usbergo, e con Viſiera alzata in aria Guerriera sì, ma giuliva, pompoſamente cavalcava il Celeſte Corritore Piroo ſeguito a mano ſotto ricchiſſima Bardatura dal compagno Eto, Pariglia non più veduta in Terra, ed impreſtatali ſpontaneamente da Febo, che in quel giorno ſi contentò eſſer tirato ſolo dagli altri due per rendere appunto più pigra, e più lunga la Carriera di una tanta Giornata, ed in ſequela più godibile la corrente Pompa.

Dietro a queſti ne ſeguiva ſubito l'Auguſta Carrozza, corteggiata alli due fianchi, e meſſa in mezzo da un vaghiſſimo Marzial Squadrone de' più illuſtri Capitani delle priſche Memorie, quali ſopra bizzarri Deſtrieri ambivano farli corona al dintorno, ſuori

fuori che Annibale, quale maeſtoſamente ſiedevaſi bene adagiato ſopra un diſciplinato Elefante alla teſta degli altri con Viſiera calata per occultare l' incorſa mancanza dell' occhio, ed era ſeguito dal Genitore Amilcáre, e dal Fratello Asdrubale. Coerentemente miravanſi Epaminonda, Milziade, Achille, Turno, gli due Scipioni, Pompeo, Fabio il Maſſimo, Mario, Silla, ec. e cent' altri conſimili, che con bella, e lunga ordinanza chiudevano anche al di dietro, e per lungo tratto la ſuddetta Carrozza.

Stavaſi in Eſſa aſſiſo il nuovo MONARCA, tenendo ſeco alla ſiniſtra Giulio Cesare, e nella ſieduta in faccia l'altro primo Fondatore Enea.

Familiari, ma profondi, ed eroici erano i varj diſcorſi, che tra Loro in tal mentre correvano, vertendo quaſi tutti ſopra l' origine, durazione, ſerie, e paſſaggi del Romano Imperio.

Informavalo Enea de' primi principj da eſſo gettati, come il Secondo della riaſſunta, e da lui rinnovata, anzi ampliata Monarchſa, congratulandoſi ben di cuore ambidue di vederla adeſſo, dopo tante ſecolari vicende, non meno rinovellata, che perpetuata nell' AUGUSTA di Lui PERSONA, e PROSAPIA: *Miſſus in Imperium Magnum, &c.*

Dolevaſi però amaramente il Trojano, che il Genitore Anchiſe nella viſione datagli negli Elisi della di lui poſſente Poſterità gli aveſſe tenuto occulto il ſublime fortunatiſſimo volo delle Aquile Austriache, maſſime la glorioſa inſerzione della preſente; proteſtandoſi, che in queſta forma l' aveva privato del maggior giubilo, e ſtimolo, che aveſſe potuto confortarlo, ed incoraggirlo alli tanti intrapreſi travagli, e pericoli, a' quali con tal lume ſi ſarebbe doppiamente eſpoſto di buona voglia, e con eſtrema ambizione.

Dimoſtrava l' Altro non eſſer viſſuto del tutto ignaro di un tanto Miſtero, che anzi diceva, eſſere ſtato il motivo potiſſimo, che l' obbligò ad accelerarne la Fondazione, premonito, che dopo tanti, e tanti Secoli d' interrotta durazione, ſe ne ſarebbe poi doppiamente nobilitata, riſtabilita, ed invigorita la Dignità nel preſente Coronato, al di cui confronto, diceva egli, per nulla reputare quanti dopo di sè, o in Roma, o in Oriente ſiederono.

Narrava

Narrava di sè ſteſſo eſſer caduto in queſta gran cognizione in congiuntura, che avendo fatto eſtrarre dal Capitolino Archivio i Libri Sibillini per conſultarli prima di determinare l'ideata Monarchía, trovò, che i medeſimi in parlando enimmaticamente di tal futuro Dominio, dopo accennate in oſcuro varie, e diverſe età colle infinite peripezíe di eſſo, devenivano in ultimo, e quaſi uniſoni alle preciſe ſuſſeguenti parole = *Rhenus tandem cum Iſtro = coibit, ac denuo Thalaſſio Duce ambo in Aquilam evadent. Avis = amiſſis alis augebit capita. Pullos enutriet, & in ipſis renovabi = tur, poſtmodo e mortuâ inoccidua.* = Quale aſtruſo ſentimento, dopo varie replicate conſulte, e ſpeculazioni, fu unanimamente dagli Auguri tutti interpetrato, come pure dal Collegio Divinatorio, altro non inferire ſe non ſe, che un Gran Personaggio dalle oppoſte Rive del Reno paſſerebbe a ſuo tempo all'Imperio Occidentale reſidente ſul Danubio, e quivi fermo, ed immobile di bel nuovo ſi riſtabilirebbe per ſempre; onde, *Amittet alas*, cioè: Non averà più volo per dilungarſi di quivi: *Augebit capita*, cioè: Creſcerà eſtremamente di forze, *Pullos enutriet:* Che averà una interrotta Succeſſione Dominante: *Emortua inoccidua*: Mentre eſſendo reſtata eſtinta la prima Maſculinità, ſubentrerà l'altra oriunda dagli ſteſſi principj: *Duce Thalaſſio*, poichè il tutto ſeguirà mediante un gran precedente Matrimonio, de' quali era Talaſſio il Preſide invocato Nume, o Tutelare Deità.

Così il Ceſare Giulio informava con ſommo piacere l'altro Cesare Francesco, ed il ſolo Enea, e colla mutolezza, e coll'ammirazione ben pareva, che invidiaſſe non poco la previa cognizione di quel ſagace fortunato Romano aſſai più di gran lunga iſtruito da un puro ambiguo Vaticinio, ed Oracolo, che lui con tutte le diffuſe replicate conferenze, e rivelazioni tenute colla Sacerdoteſſa in Cuma, e col Genitore agli Eliſi, che di tanto appunto apertamente lagnavaſi, come poco indietro ſi diſſe.

Qui però non potè Giulio fare a meno di non ſcherzoſamente motteggiarlo, replicandoli in aria ridente, che di tal coſa poteva più toſto incolparne sè medeſimo, o la ſua debol viſiva, che di traſcuraggine Anchiſe, mentre queſti lo conduſſe in luogo non poco vantaggioſo, ed elevato, da cui ſe aveſſe avuta più fina viſta, o più accurata attenzione, poteva ben diſcernere, quan-

tunque

Digitized by Google

tunque in lontano proſpetto, anche la folta numeroſa Falange degli paſſati, preſenti, e futuri Austriaci Eroi, giuſta la fedele Relazione di Virgilio:

Et tumulum capit, unde omnes longo ordine poſſit
Adverſos legere, & venientum diſcere vultus.

Soggiungendoli inoltre, che ſe aveſſe perduto minor tempo nell'informarſi minutamente de' ſuoi Silvi, e del deplorato Marcello, ma ſi fuſſe fatto altrettanto curioſo della Folla più remota, come ragion voleva, ne ſarebbe ben ſtato individualmente conſolato dal Vecchio Precettore nel modo appunto, che l'appagò in tutti gli altri queſiti, ſecondo l'impegno preſo:

Illuſtres Animas, noſtrumque in nomen ituras.
Expediam dictis, ac te tua fata docebo.

Non eſſendo ſervito, che il Zelante Vecchio l'eccitaſſe quanto mai ſeppe ad una sì lodevole, e neceſſaria ricerca:

Incenditque animum famæ venientis amore,

Ma vedendolo diſattento, o non curante d'intendere di vantaggio, non paſsò più oltre.

Così gli aggiunſe, che quanto gli aveva taciuto il Padre per mancanza di ſua curioſità, gliel'averebbe ben anche eſpreſſo la Compagna Sibilla, o le Sicelide Muſe con il loro regiſtrato Oracolo Virgiliano:

Magnus ab integro Sæclorum naſcitur ordo:
Jam redit & virgo, redeunt Saturnia regna,
Jam nova Progenies Cœlo demittitur alto:

Qual predizione niente convenivaſi, ſecondo l'applicazione di Marone, all'adulato Solonino, ma bensì era profeticamente tutta diretta alla nuova ripullulante Descendenza Austriaca in tal guiſa preconizzataci, ed ora sì felicemente compiuta, ed avveratasi.

Oſſervando in tal mentre la Maestà del Coronato Francesco, che con ſimile proſeguito diſcorſo ne reſtava in qualche maniera mortificato il Trojano Protoplaſte, e per non dimoſtrarſi parziale ad alcuno di loro, ne interruppe ogni replica, ed ulteriore riſcaldamento dicendo: Che la previdenza degli aſtruſiſſimi Fati, ſorpaſſa di tanto qualunque umana intelligenza, o ſagacità, che la temerità non va mai diſgiunta da chi troppo avidamente preſume inveſtigarli ſulla cieca traccia de' Secoli, onde vanno

piuttoſto

piuttoſto profondamente adorati, che fantaſticamente indagati ben ſapendoſi, che

Ludit in humanis Divûm ſapientia rebus.

Allochè replicò allora il Teucro eſſer però altrettanto vero, che

Unuſquiſque ſuæ Fortunæ Faber.

Come pure ſoggiunſe l'altro, che

Virtus Fatorum Dux, ſortes illa gubernat.

Ed in ciò dire appunto ſi accorſero eſſer di già pervenuti quaſi ſul magnifico Trionfale Ingreſſo della ſempre trionfante Vienna, che uno di loro giuſtamente chiamolla *La Regia di Marte*, e l'altro *La Reſidenza della Gloria, e del Valore*; onde ceſſando ogni altro diſcorſo, ſolo davano luogo ad uno accigliato ſtupore nella contemplazione di quella.

ORA però conviene con retrogrado paſſo far ritorno alla reſtante ſuperbiſſima Comitiva, pur da Cillenio, come appreſſo diſpoſta.

L'ordine della ultima già deſcritta Militar Cavalcata, quanto ſerviva di Retroguardia alla Ceſarea Carrozza, altrettanto ſembrava appunto, che formaſſe Vanguardia ad un nobiliſſimo Stuolo delle più nomate Regine, aſſiſe in diverſi, e bizzarri Cocchi, tra le quali brillavano a maraviglia:

LA MESSAGETICA TOMIRI.	LA PALMIRENSE ZENOBIA.
L'ASSIRIA SEMIRAMIDE.	L'ETIOPE CANDACE.
LA CARIA ARTEMISIA.	LA MACEDONE OLIMPIA.
L'EGIZZIA CLEOPATRA.	LA LATINA LAVINIA.

Con altre moltiſſime di primo grido, guidate tutte dalla temuta Bellona alla teſta di eſſe, che quaſi baccante per la ſoverchia gioja ora percuoteva l'Aria, ora il Suolo colla vibrata ſua Aſta.

Immediatamente a dette Regine cavalcava Apollo ſuſſeguito dal Coro delle Muſe, che tutte liete, e feſtanti con ammirabili Applauſi, Concerti, e Voci circondavàne da ambe le parti il maeſtoſiſſimo Cocchio dell'IMPERATRICE REGINA, nel quale ſiedeva ESSA, con alla ſiniſtra la valoroſa ORONTEA già Reina delle Amazzoni, e nella ſieduta di faccia l'altra ancor'eſſa non men coraggioſa, che Fondatrice di nuovi Imperj DIDÓNE.

Dietro

Dietro a detto Cocchio ne ſeguiva appreſſo, in figura di Paggio di Valigia, il giubbilante Imeneo, che per eſultanza, e tripudio, come di opera propria, andava ſcuotendo due ſcintillanti candidiſſime Faci.

Compariva poi, e ſenza intermittenza la ſuccinta Pallade ferrata ne' proprj Militari Arneſi, coll' Egide imbracciata, Condottiera di due numeroſi Squadroni di Amazzoni, che diſtribuiteſi a coppia, a coppia in poſitura di Retroguardia, ſerrata in ultimo dalle due valoroſe Romane Celia, e Cammilla, ſcortavano il precedente ſontuoſiſſimo Cocchio, nel quale frattanto paſſavano miſterioſi diſcorſi per alleviamento della proliſſa Marciata.

Avevano di già terminati gli reverenti loro Complimenti coll' Eccelsa TERESA le due aſſociate Regine, rallegrandoſi con Eſſa Lei del nuovo rifondato glorioſiſſimo Vaſto Imperio, quando la medeſima ebbe caro intendere dalla loro bocca con quali maſſime, e fondamentali principj aveſſero elleno erette le di loro sì celebri decantate Signorie; allo che riſpoſero, che con quei medeſimi appunto, de' quali ſi era ſervita Lei ſteſſa, cioè ſulla ſalda Baſe della Pietà, e ſulli due ineluttabili Piediſtalli del Valore, e del Merito, quali tutti garreggiando in Lei con indeciſa pretenſione di preferenza, l'accertavano ancora, che l'erezione del nuovo ſuo Trono promoſſa, e ſtabilita con tali mezzi, e perciò analogica coll' Eternità, era nel pieno Oroſcopo di ſempre maggiori Felicità per lunga interminata Carriera di vaſti Secoli, tanto più, che la vedevano provviſta di fioritiſſima Poſterità, Baſamento principaliſſimo per garantire la fermezza, ed incremento de' Sogli.

E qui l'una, e l'altra deploravano il loro infortunio per tal mancanza, confeſſando la prima per poco ſaggia la loro coſtumanza, d'incenderſi il ſeno unitamente al Celibato, ed incuſava la ſeconda la fatal propria ſterilità, non oſtante l'amato Conſorte Sichéo, cauſa potiſſima, dicevano elleno, delle loro fugaci, non che ſincopate Monarchſe.

Per conferma inoltre delli loro detti, ed augurj proſeguì la Cartagineſe a narrare, come mediante il lungo ſtanziamento negli Eliſi, eſſendoſi finalmente riconciliato ſeco il di Lei Detrattore Virgilio, era ſtato eſſo il primo a darle nuova di queſta ſe-

guita glorioſiſſima Eſaltazione, aſſicurandola di averla bene egli ſteſſo da tanti Secoli indietro con anticipato vatidico ſguardo già preveduta, e prenunziata ancora ſotto figura di lei medeſima, ma con preciſa alluſione alla Regnante Maesta' Sua, ed all'eminentiſſimo di Lei Valore, maſſime con quel ſoſtanzioſo laconiſmo

. . . . Dux Femina facti.

Confeſſandola in tal forma per unica Autrice di tanta impreſa, come pure, che di Lei inteſe, quando ſcriſſe:

Cara Deûm Soboles, magnum Jovis incrementum.

Ed altrove:

Addam Urbes Aſiæ domitas, pulſumque Niphatem.

Così poi:

His ego nec metas rerum, nec tempora pono.

Così parimente:

Imperium Terris, animos æquabit Olympo
Fælix Prole Virûm . . . .
Namque fore illuſtrem Fama, Fatisque canebant
Ipſam, ſed Populo magnum portendere bellum.
Portendi Generum, paribusque in regna vocari
Auſpiciis: hinc Progeniem virtute futuram
Egregiam, & totum quæ viribus occupet Orbem.
Sed fore qui gravidam Imperiis, belloque frementem
Italiam regeret; genus alto a ſanguine tandem
Proderet, ac totum ſub leges mitteret Orbem;
Hinc genus Austriaco *mixtum quod ſanguine ſurget,*
Supra homines, ſupra ire Deos pietate videbis.

Godeva frattanto con eſtrema Clemenza la Glorioſa TERESA di queſti, ed altri conſimili diſcorſi, ed illuſtrazioni, coſicchè ſolo modeſtamente riſpoſe:

. . . . non hæc ſine numine Divûm
Eveniunt: quo fata trahunt retrahuntque ſequemur.

Quando ancor'eſſe quaſi inſenſibilmente ſi trovarono al proſpetto della feſteggiante Metropoli, ed a tal viſta non potè contenerſi la Tiria Matrona di non confeſſare, che ſe aveſſe avuta una tal magnanima idea nella fondazione di Cartagine, i Romani l'averebbero bene aſſai più venerata, e temuta, ma non giammai conſeguitane la deſtruzzione.

Dice-

Diceva l'altra, che ſe ſulle rive del Termodonte (quale appunto le raſſembrava il proſſimo Danubio) aveſſe penſato colle Compagne a ſtabilirſi una Regia sì formidabile in vece di Efeſo, e Smirne, di ſicuro, che nè Ercole, nè Bellorofonte, averebbero avuta la gloria di debellarle, giuſtamente chiamandola = Il Propugnacolo dell'Europa = L'ineluttabile Antemurale del Settentrione, non meno, che dell'Occidente = La Specula della Fama = Il Gabinetto della Gloria = La Reſidenza del Merito: ed il Tempio dell'Immortalità.

Soggiungeva ancora, che tutti gli ſofferti rammarichi provati per la loro Soggiogazione venivano di gran lunga ricompenſati adeſſo dall'infinita Gioja, nel vedere nella Maesta' Sua, dopo sì lungo girar di Secoli, ripullulare più che mai vegeta l'eſtinta Loro Semenza, con certa fiducia di vederla ancor propagata nella di Lei perpetua glorioſiſſima Posterita': accertandola inoltre, che di loro unanime conſenſo ſi erano fatta gloria di annoverarla più Anni indietro tra le più Inſigni, ed Eroiche del loro antico Inſtituto, e Catalogo, ſcritturato, e cuſtodito dalla ſola Eternità.

Andava in queſto mentre l'una, e l'altra deſcritta gran Comitiva, già trapaſſata per l'immenſo continuato rimbombo di riſuonanti Artiglierie, e ſtrepitoſiſſime voci di Acclamazioni; andava dico prendendo regolato Poſto ſulla Regia ſpazioſa Platéa, ſchierandoſi in diverſe ſtupende ordinanze alla larga di eſſa per laſciar libero l'Imperial Portone all'introito, e diſcarico delle due Ceſaree Carrozze, che quaſi contemporanee per entro quello comparvero ad introdurſi al disbarco.

Poſto piede a terra l'Augustissima Coppia, ritrovarono gli primi ingreſſi, o Cortili, tutti ripieni delli già ſcorſi Romani Cesari dal prefato Giulio, fino a Costantino il Grande, ivi affollatiſi per vagheggiare, e complimentare i primi le Maesta' Loro Imperiali.

La numeroſiſſima ſeconda Serie di tali Coronati, sì d'Oriente, che d'Occidente, dal predetto Costantino, ſino a Ridolfo il Primo, ſi era tutta diſtribuita in gran parte a capo delle magnifiche Scale, e la reſtante in due Ale nell'amplo magnifico Salone, rinnovando ancor'eſſi le più fine congratulazioni, ed atteſtati di giubilo.

Avanzandoſi frattanto le prefate Maesta' verſo il ſontuoſiſſimo Loro Appartamento, incontrarono nelle interne Anticamere la terza glorioſiſſima Serie degli Austriaci Monarchi, dal prenarraro Ridolfo, ſino alli preſenti Augustissimi Regnanti: e qui non puol ridirſi l'eccedente numero delli cordiali reiterati affettuoſiſſimi Am-

D 2 pleſſi,

pleſſi, Congratulazioni, e Giubili tra di Loro vicendevolmente, ed a gara paſſati, finchè ſcortatele ſulle ſteſſe Soglie del Regio Talamo, di quivi lietiſſimi ſi accomiatarono, prendendo ſolo l'ingreſſo unitamente con loro LEOPOLDO il PRIMO, ed il SESTO CARLO, il qual rivoltatoſi tutto intento alla Regia Eſaltata FIGLIA, teneramente ſtringendola per la deſtra, ed approſſimandoſi dolcemente all'amata fronte:

Oſcula libavit NATÆ, *dehinc talia fatur*:
Quas ego te terras, & quanta per æquora vectam
Accipio, quantis jactatam NATA *periclis!*
O MEA PROGENIES *Thalamis conſide patratis*:
Non GENER *externus venit, qui ſanguine* NOSTRUM
NOMEN *in aſtra feret, cujuſque a Stirpe Nepotes*
Omnia ſub pedibus quà ſol utrumque recurrens
Aſpicit Oceanum vertique regique videbunt.

Rivoltato poi all'Imperial GENERO FRANCESCO ſogginnſe:

Sic equidem ducebam animo, rebarque futurum,
Tempora dinumerans, nec me mea cura fefellit.
Spondeo digna TUIS *ingentibus omnia cœptis:*
Major agit Deus, atque opera ad majora remittit.

Non faziavaſi in tal mentre il Venerando LEOPOLDO di contemplare sì bella gara di affetti, quando vinto ancor Lui da giuliva tenerezza, intento prima al diletto FIGLIUOLO proruppe:

. . . . *Tu ſanguinis ultimus Author*.
Filius heu fato Divûm, Proleſque Virilis
Nulla fuit, primâque oriens erepta juventâ eſt,
Sola Domum, ac tantas ſervavit FILIA *ſedes*.

Così volgendoſi poſcia all' IMPERIAL COPPIA, ripreſe:

Vivite felices quibus eſt Fortuna peracta
Jam ſua: Vos UNAM *tandem feciſtis* UTRAMQUE
PROGENIEM, *maneat cunctos ea fama Nepotes*.

Dopo le quali parole, ignoranſi del tutto gli reſtanti confidenziali, ed intimi Ragionamenti tra Loro paſſati in quel frattempo, finchè per comun riſtoro reſtò approntata l' Imperial Tavola, alla quale in aſſenza de' Sereniſſimi Signori Elettori, maſſime del Pincerna, e Dapifero, ſupplì Giove ſteſſo alle veci del Primo, ſiccome Saturno a quelle del Secondo; indi terminate le Menſe ſi ritirarono quietamente al notturno Ripoſo, per onorare di pubbliche grate Udienze il vegniente mattino, come appreſſo ſi referiſce.

L'OMAG-

L' OMAGGIO DEI FIUMI.

Richiamate per tanto dal nuovo giorno le indefeſſe Maesta' Cesaree al quotidiano eſercizio della innata Loro iſtancabil Clemenza, di gran lunga accreſciuta, anzichè punto diminuita nell' auge di tanta Gloria, non ſdegnarono di onorare in ſeguito di grazioſiſſime Udienze più, e diverſi Primarj Perſonaggi, e Signori, fra' quali, de' primi aſcoltati l' uno dopo l' altro furono gli quattro fedeliſſimi Sudditi, e Fiumi ARNO, PO', MOLDAVA, e DANUBIO, e per eſſi li loro reſpettivi Ambaſciadori, o Deputati, mentre non potendoviſi trasferire Perſonalmente li tre primi Detti, ſtante la ſomma, ed inſormontabile diſtanza, pregarono Giove a voler loro concedere ſufficienti, ed onorati Soggetti, idonei all' Onore, ed incarico di tanta Ambaſcería; Onde dal medeſimo gli furono benignamente accordati, anzi preſcielti, tre dei più Celebri, ed Eloquenti Poeti, cioè:

OVIDIO ALL' ARNO.
VIRGILIO AL PO'.
CLAUDIANO ALLA MOLDAVA.

Non tenendo tale neceſſità il Danubio, per eſſere a portata ſulle Soglie della Gran Regia da potere comodamen-

damente da sè ſteſſo compire, ed in Perſona sì glorioſo Ufizio, come fece dopo gli altri, eſſendoſi ſolo fatto impreſtar da David parecchi ſuoi Sentimenti per eſprimere a voce gl' interni Concetti del giulivo ſuo Cuore.

Ben' è vero, che trovandoſi gli antedetti Vati da gran tempo ſtanziati negli Eliſi, convenne, che Giove derogaſſe per queſta volta, e fuori di ogni paſſato eſempio, all' immutabilità degl' inalterabili ſuoi Decreti, lochè fece di buona voglia a contemplazione di un tanto Monarca, con eſpreſſa però Riſerva, e Clauſola *Dummodo, &c. & numquam in poſterum, &c.*

Così ſpedito Loro Mercurio, li fece a sè comparire, aſſegnandogli alli prefati Fiumi, acciò li poteſſero ſpedire in tempo, come avvenne, eſſendovi giunti la ſteſſa mattina di buon' ora in Equipaggio, Paludamenti, e Coturni condecenti al loro Rango, e Carattere, lietiſſimi di avere avuta la ſorte di venerare adeſſo in Terra Quelle Maesta', quali non ebbero grazia, che ſortiſſero a loro tempo, proteſtando inoltre per male impiegati gli loro Sudori, per averli con tanto minor merito conſacrati agli Auguſti, ed alle Livie.

Ma ſopra gli altri, ſe ne partì conſolatiſſimo Ovidio nel vederſi dopo sì lunghi, ed oſtinati eſilj ritornato, ed accolto nella buona grazia, e favore di un nuovo CESARE incomparabilmente più degno, glorioſo, e plauſibile del di lui paſſato sbanditore Ottaviano.

Prima però di eſporſi a tal Viaggio ſi preſentarono a i Piedi d'Apollo, ſupplicandolo volerli permettere una breve occhiata ſugli paſſati Componimenti, rigoroſamente conſervati nel Delfico Archivio per rammemorarſi alla meglio, e per lo meno di qualche coſa a propoſito delle

tante

tante già ſcritte, nellochè gli fu grazioſiſſimo Conceſſore Apollo; ma la brevità del tempo non concedette loro, che una ſuccinta ſcorſa per entro le tante loro Opere, onde ſolo a frammenti, ed alla rinfuſa poterono corredarne la memoria per ſupplire agl' incaricatigli Ufizj, giacchè nel tragitto di Lete dagli Elisj quivi ſi erano del tutto profondamente dimenticati.

Con tal congiuntura ancora gli fu permeſſa una breve Viſita alle dilette lor Muſe, eſſendoſi oſſervato Virgilio in un ſoſtenuto, nonchè Platonico Complimento colla cara *Calliope*; Ovidio disfarſi in affettuoſi Colloquj colla ſua fedeliſſima *Erato*, e Claudiano con ampolloſo Cerimoniale rinnovellare l' antica ſua Servitù, e Divozione coll' Amata *Euterpe*.

Da tutte queſte furono eſtremamente graditi, quaſi lagnandoſi non aver più ſimili Cicisbei, ma ben confidando nel Nuovo Augusto con augurio replicato di fauſto Viaggio, promeſſero loro ogni poſſibile aſſiſtenza per un tanto impegno, quale eſpreſſamente ſoggiunſero, che era più toſto impreſa, ed incarico per gli ómeri dello ſteſſo Apollo, che di alcun' altro de' ſuoi più intimi, e favoriti Subalterni.

AD

Digitized by Google

BREVE PREFAZIONE.

SIa bene menzionare ancora l'antichiſſima inviolabile Sanzione, o Delfica Coſtituzione, quale era, ed è, che tutte le Opere o Componimenti degli più celebri defunti Poeti ſi aſpettino per dritto d'indiſpenſabile Regalía al Regio Fiſco di Apollo, applicabili di ſubito alla Delfica Biblioteca, coll'obbligo di quivi diligentiſſimamente conſervarli = Come pure, che toſto ſeguita la morte di eſſi gli loro Poetici Inſtrumenti, ed Ornamenti, per ragion di Spoglio Reverſale ritornar devano privativamente a quelle tali Muſe, che più parzialmente gli hanno aſſiſtiti, e favoriti; affinchè dipoi inveſtir ne poſſino altri loro Prediletti, quando mai ſi dieno, ma non per anche ſen'erano private: onde la di già nominata Calliope ritenendo ancora la ſonora Tromba Virgiliana a lui medeſimo la riconceſſe in tal congiuntura = Così parimente la predetta Erato la di lui dolce Lira ad Ovidio = Ed egualmente Euterpe gli ſuoi nobili uſati Coturni a Claudiano, con preciſo incarico a tutti loro di doverglieli poſcia reſtituire ſubito dopo compiute le prenarrate incumbenze, come appunto eſeguirono prima di rimetterſi negli Eliſi, con ſpontanea proteſta, che ben volentieri glieli renunziavano in perpetuo, giacchè sì veridicamente, e fuori di ogni adulazione gli era riuſcito ſervirſene queſta volta a tendere almeno in parte la debita gloria, e lode alle più degne MAESTA' dell'uno, e l'altro Emiſfero. Lagnavanſi però, che non gli foſſe conceduta novella vita, ambizioſi, dicevan'eglino di tutta impiegarla in celebrare le immenſe glorie di Semidei sì Eccelſi, con dichiarazione inoltre di reſtar per altro in qualche parte tenuti al preſente Collettore per aver queſti con tale laborioſa induſtria ridotto alla mera verità tutto quel tanto, che eglino di quel tempo indrizzato avevano alla ſola adulazione ben lontani dal primo sì degno Scopo, a cui giungevano finalmente adeſſo per di lui mezzo, e ricerca; E con ciò ſi accomiatarono di bel nuovo dalle dilettiſſime loro Tutelari, e coll'ultimo replicato inchino al venerato Apollo s'incamminarono frettoloſi di ritorno alli Beati Sotterranei Giardini.

L'ordine poi delle ſeguenti Udienze fu come appreſſo regolato ſolo dalla univerſal coſtumanza di ammetterſi di mano in mano ſenz'altro riguardo il più diſtante, e remoto, così ſecondo tal conſuetudine eccone il primo aſcoltato.

AD

AD AUGUSTOS CONJUGES

ARNI FLUMINIS PLAUSUS
SIVE CANTICUM OVIDIANUM.

INnumeri Montes inter me, voſque, viæque,
Fluminaque, & Campi, nec Freta pauca jacent.
Alloquor unde abſens abſentia Numina gratans,
Si fas eſt Fluvio cum Jove poſſe loqui.
Arbiter Imperii, quo certum eſt ſoſpite cunctos
Auſoniæ curam Gentis habere Deos:
Non Tua carminibus major ſit gloria, nec quò
Ut major fiat creſcere poſſit habet.
Jam fera Cæſaribus Germania, totus ut Orbis,
Læta poteſt flexo ſuccubuiſſe genu.
Non Tibi contingunt quæ nobis ocia præſtas,
Bellaque cum multis irrequieta geris;
Dimidioque Tui noſtras Tu reſpicis urbes,
Dimidio procul es, ſævaque bella geris.
Nunc cum PROLE *Tua juvenem Germania ſentit,*
Bellaque pro magno CÆSARE CÆSAR *habes.*
Denique & in toto, quantum non extitit unquam,
Corpore pars nulla eſt quæ labet Imperii.
Soſpite ſic Te ſit Natus quoque ſoſpes, & olim
Imperium regat hoc cum ſeniore ſenex.
O decus, o Patriæ per Te florentis imago,
O Vir non ipſo, quem regis Orbe minor!

Sic habites Terram, ſic Te deſideret æther,
Sic ad pacta Tibi Sydera tardus eas.
Sic MARIA *heu tecum ſociales impleat annos,*
Quæ, niſi Te, nullo CONJUGE *digna fuit.*
Tu quoque conveniens Ingenti NUPTA MARITO
Accipe non durâ Fluminis aure preces.
Sic Tibi VIR *ſoſpes, ſic ſint cum* PROLE *Nepotes,*
Cumque bonis Nuribus quos peperiſſe juvet.
Sic, qui CÆSAREO JUVENES *ſub nomine creſcunt,*
Perpetuò Terras, & Domus iſta regant.
FEMINA, *ſed* PRINCEPS, *in qua Fortuna videre*
Se probat, & cæcæ crimina falsa tulit:
Quæ Veneris formam, mores Junonis habendo,
Sola es CÆSAREO *digna reperta Thoro:*
Par animo quoque forma Tuo reſpondet ab ore,
Et genus, & facies, ingeniumque ſimul.
Nec quod laudamus formam tam turpe putaris;
Laudamus magnas hâc quoque parte Deas.
Quam bene Te expoſuit Populis Fortuna verendam,
O decus, o Sacrâ FEMINA *digna Domo!*
Quâ nihil in Terris ad finem Solis ab ortu
Clarius, excepto CÆSARE, *Mundus habet.*

AD

AD AUGUSTOS CONJUGES
ERIDANI GRATULATIO,
SEU VIRGILIANA SEGMENTA.

HÆC eſt alma dies, longarum meta viarum;
Vicit iter durum pietas: Datur ora tueri
CÆSARIS *invicti, vultus & CONIUGIS altæ.*
Expectata redit lux tandem, tempora ſoles
Debita reſtituunt, & jam ſolemnia vota
Undique pro reditu feſtas ſolvuntur ad aras.
Veniſti tandem Regni pars maxima noſtri
Una ſalus hominum, dubiis ſpes unica rebus,
O nova Progenies Cœlo demiſſa per auras.
Ille Tibi ante alios Rex ætheris altus honorem,
Imperium ac ſine fine dedit, Terramque, viroſque
Judicio certo ſub religione tueri.
Maxime, cui Regnum Italiæ, Romanaque tellus
Et ſervare modum, pacique imponere morem,
Juſtitiâque dedit gentes frænare ſuperbas.
Qui novus o noſtris ſuccedis ſedibus, Heros,
Aſpice qui coëant Populi, quot litora complent.
Hinc gerit Auſonia, illinc jam Germania bellum,
Vicinæ ruptis inter ſe legibus urbes
Arma ferunt, ſævit toto Mars impius Orbe.
Tu regere Imperio Populos Romane memento:
Parcere ſubjectis, detrudere finibus hoſtem,

 Hæ

Hæ Tibi erunt artes, & debellare ſuperbos,
Pacatumque reges patriis virtutibus Orbem.
Hoc erat in votis, ego quæ perſæpe rogabam,
Hi veſtri reditus, expectatique Triumphi:
Omnibus hîc erit unus honos Natiſque, Patrique.
Ipſe Deûm vitam accipies, Diviſque videbis
Permixtos Heroas, & Ipſe videberis illis.
At ſimul Heroum laudes, ac facta Parentum
Quis legere, aut quæ ſit poterit cognoſcere virtus?
Me Pater interea ſerva, & miſerere precantis;
Namque eris Ipſe mihi ſemper Deus, omnia plena
Numine Tuque Tuo, totum & circumſpicis Orbem.
In me verte oculos, mea Tu perpende pericla,
Neve ignare mali miſeris ſuccurrere diſce.
Hac etiam REGINA *ſimul bene ſaucia curâ*
Jamdudum molitur opus, Tu huic adjice mentem;
Namque erit illa Tuum celebri quæ Sanguine Nomen
Germanos auctura Duces ad Sydera mittet.
Hæc Tibi magnanimos ſublimi PROLE *Nepotes*
Conferet, egregiis totum qui laudibus Orbem
Complebunt, totumque ſua virtute potentes
Sub juga victoreſque trahent, quos gloria ſummo
Oceanum tranſgreſſa ingens æquabit Olympo;
Quos tandem innumera ardens poſt illuſtria rerum
Geſta Deos factura vehat ſuper æthera virtus.
In Patriâ ſummos Vobis ego primus honores,
Prima & Idumæas det Vobis Mantua palmas.
Sic viridi in Campo Templum de marmore ponam
Propter aquam, tardis ingens ubi flexibus errat
Mincius, & tenerâ prætexit arundine ripas.
In Medio Tu CÆSAR *eris, Templumque tenebis,*
Ac ſimul Imperii Tua CONSORS *Juno* THERESA.

AD

AD EOSDEM

MULTAVIÆ FLUMINIS EXULTATIO PER CLAUDIANUM EXPOSITA.

AUrea Fortunæ reduci ſi templa Priores
Ob reditum vovere Ducum, non dignius unquam
Hæc Dea pro meritis amplas ſibi poſceret ædes,
Quàm ſua cum Trabeis hodie reparatur, & Orbis
Majeſtas, reddunt ac ſummum Numina Regem.
Quem Populi plauſu, Procerûm quem voce petebas
Aſpice, Vienna, Virum; Jam tempora deſine longæ
Dinumerare viæ, viſoque aſſurgere ſemper
Pulvere non dubiis ultra torquebere votis.
Totus adeſt oculis, aderat qui mentibus olim,
Spe major, Fama melior; venerare Curulem,
Quæ tibi reſtituit Faſces complectere dextram.
Reſpice magnanimum pectus, quo fræna reguntur
Imperii, cujus libratur ſenſibus Orbis.
Cerne libens: Hic eſt felix Bellator ubique,
Pacator Regni, Rheni Defenſor, & Iſtri.
O quantum Populis ſecreti Numinis addit
Imperii præſens ſpecies, quantamque rependit
MAJESTAS ALTERNA *vicem! Nunc Purpura primùm*
Inferior virtute fuit, Fortuna minorem
Se confeſſa VIRO *doluit non altius ire;*
Non alium certe Romanæ clarius Arces
Suſcepere Ducem: Non Illum præmia tantum,
Quam labor ipſe juvat; ſtrepitus faſtidit inanes,
Inque animis hominum pompa meliore triumphat.

Reſtituit priſcum per Te jam Gloria morem,
Amplius haud equidem Laribus ſejuncta Poteſtas
Exulat, Imperiumque ſuis a ſedibus errat:
Namque inter ſocias acies, cognataque ſigna
Ut vinci miſerum, numquam viciſſe decorum eſt,
Dignius haud veteres Iſtrum, Rhenumque tenebant.
Solus hic Invidiæ fines virtute reliquit,
Humanumque modum: Quis enim liveſcere poſſit?
Eſt aliquod meriti ſpacium, quod nulla furentis
Invidiæ menſura capit, quiſnam æquior illo?
Omnis in hoc uno variis diſcordia ceſſit
Ordinibus, lætatur Eques, plauditque Senatus,
Votaque Patricio certant Plebeja favore.
Oh felix ſervata, vocat quem Vienna Parentem:
Oh Mundi communis Amor, cui militat omnis
Nunc Germania, quem Regum Thalamo Auſtria nexit.
SALVE *Tuque ſimul* PROLES AUGUSTA THERESA
Magnorum Soboles Regum, parituraque Reges:
Oh tanto jam SPONSA VIRO, *tantique per Orbem*
Conſors Imperii, cujus nunc muneris ambo
Cœpiſtis quo FINIS *erat primordia veſtra.*
Non Tibi per dubium pendet Fortuna favorem,
Nec novit mutare vices, ſed fixus in omnes
Cognatos procedit honos, quemcumque requiras
Hac de STIRPE *Virum, certum eſt de* CÆSARE *naſci.*
Per Faſces numerantur Avi, ſemperque renatâ
Nobilitate virent, & Prolem Fata ſequuntur
Continuum ſimili ſervantia lege tenorem;
Nec quiſquam Procerum tentat, licet ære vetuſto
Floreat, & clarâ cingatur tempora lauro,
Se jactare parem: Jam Te venerabitur Iſter;
Nomen adorabunt Populi, jam Rhenus & Albis
Serviet, in mediis ſtabis REGINA *Sicambris.*
Numquam aliquid fruſtra per me voluiſſe dolebis
Oh Dea, me quamvis medius præcinxerit hoſtis.
Jam Tibi molitur ſtellantia ſerta Bootes,
Inque decus MARIÆ *jam Sydera parturit æther.*

Eleva-

Elevaverunt Flumina, elevaverunt vocem ſuam.

IL DANUBIO IN OSSEQUIO.

Centone Salmodico Anacroſtico

Con cui il detto Fiume complimenta il Ritorno in Vienna delle Nuove MAESTA' LORO CESAREE, animandole contro il Turco, ed alla ricuperazione di Belgrado.

F FRemuerunt Gentes, & Populi meditati ſunt inania; Tu autem in gloria permanes; Præparata Sedes tua ex tunc.

R Redemiſti virgam hæreditatis tuæ; Lapis, quem reprobaverunt ædificantes, factus eſt in caput anguli.

A Aſcendiſti in altum, cæpiſti captivitatem: non privabis bonis qui ambulant in innocentia.

N Ne avertas faciem tuam a Puero tuo, gloria, & divitiæ in domo ejus: Uxor Tua ſicut vitis abundans in lateribus Domus Tuæ.

C Confundantur, & revereantur ſimul qui quærunt animam meam, avertantur qui volunt mala mihi.

I In multitudine virtutis tuæ mentientur ſibi Inimici tui, qui non approximant ad te.

S Si conſiſtant adverſus me caſtra, non timebit cor meum: ſi exurgat prælium, in hoc ego ſperabo.

C Confeſſio ejus ſuper Cœlum, & Terram: hæc mutatio dexteræ Excelſi, non commoveberis.

U Ut cognoſcamus in Terra viam tuam, in omnibus Gentibus ſalutare tuum.

S Surge, judica Terram, quoniam tu hæreditabis in omnibus gentibus, & in tempore opportuno da Imperium Puero Tuo.

Præ-

P Præveneruot Principes conjuncti pſallentibus, confitebuntur nomini tuo, & habitabunt recti cum vultu tuo.

R Reges Terræ, & omnes Populi, Principes, & omnes Judices terræ: quoniam ſediſti ſupra thronum qui judicas Juſtitiam.

I Ipſe dabit virtutem, & fortitudinem plebi ſuæ, Beati omnes qui confidunt in eo.

M Magnus, & terribilis ſuper omnes, qui in circuitu ejus ſunt; quoniam virtutem, & juſtitiam dilexit.

V Vidi prævaricantes, & tabeſcebam: concupivi ſalutare tuum, & lex tua meditatio mea eſt.

S Spera in Domino, & fac bonitatem, & inhabita Terram, & paſceris in deliciis ejus.

R Regnabit ſuper gentes, ſedet ſuper ſedem ſanctam ſuam, ut ſciant gentes, quoniam homines ſunt.

O Operatus es ſalutem in medio Terræ, tu es qui reſtitues hæreditatem meam mihi.

M Memores erunt nominis tui in omni generatione & generationem: dediſti lætitiam in corde meo, dormiam, & requieſcam.

A Accingere gladio tuo ſuper femur tuum potentiſſime: Firmamentum tuum, & refugium meum es tu.

N Nos autem populus tuus, & oves paſcuæ tuæ: Tu vero terribilis, & Rex magnus ſuper omnem terram.

O Omnes gentes plaudite manibus, jubilate in voce exultationis: Latera Aquilonis Civitas Regis magni.

R Redimet Dominus animas ſervorum ſuorum, reliquiæ impiorum peribunt.

V Veloces pedes noſtri ad effudendum ſanguinem, ut conſumetur nequitia; neque habitabit juxta te malignus.

M Multiplicatæ ſunt infirmitates eorum, qui te non noverunt, decidant a cogitationibus ſuis.

I In æternum præparabo Semen Tuum, & ædificabo in Generatione, & Generationem Sedem Tuam.

M Multiplicaſti magnificentiam tuam, & converſus conſolatus es me: confirmaſti me in conſpectu tuo in æternum.

P Permanebit cum Sole, & Luna in generatione, & generationem: & metuent eum omnes fines terræ.

E Exurge Domine in ira tua, & exaltare in finibus inimicorum tuorum.

R Retribuat Tibi Dominus ſecundum Juſtitiam Tuam, & ſecundum puritatem manuum tuarum.

A Adjiciat vobis Deus ſuper vos, ſuper vos, & ſuper Filios veſtros; Elegit vobis hæreditatem ſuam.

T Tamquam prodigium factus es multis, & tu Adjutor fortis; reges nos in ſæcula.

O Oculos ſuperborum humiliabit, infirmabuntur, & peribunt a facie ſua.

R Replebitur majeſtate ejus omnis Terra = Fiat, Fiat = Dicet omnis Populus, Fiat, Fiat.

TALIBUS ALIENIS PRÆMISSIS

Seſe in propria nunc deſcenſurum excuſat Author.

HActenus externâ, ſublimi ac Maxime CÆSAR
Voce ſalutatus, jam patiare precor,
Quæ mea nunc ſterilis ſubdit Tibi carmina Muſa,
Meque Tuum gracilem Nomen inire ſinas.
Cogitur Ingenium, jam ſentio, cedere Amori,
Laudem Amor, Ingenio deficiente, dabit.
Aſt Cælum aggredior ceratis Icarus alis,
Ac mare in immenſo Cymba fatigat iners:
Nil minor atque cadam, nil & felicior illo,
Igniferos Phœbi qui male rexit equos.
Attamen hunc ſervent Titulum mea quæſo Sepulcra,
Quisquis & iſta ſuper verba notata legat:
„ *Hîc ſitus Euſtachius, qui magnis excidit auſis,*
„ *Nititur* AUGUSTOS *dum celebrare Deos.* „
O felix niſus, bene felix atque ruina!
Dignius haud poterat præcipitaſſe Polo.

GLI

GLI ELEMENTI IN GIOJA

Proluditur elapſis poſt Electionem Turbinibus, maximè in Etruriâ.

TETRASTICHON.

ÆTHRA *dedit ventos, pluvias dedit Imber, & Ignis*
Fulgura contorſit, ſignaque Terra tulit.

Quid ſibi vult iſtud? FRANCISCUS CÆSAR *in Orbe eſt;*
Hinc plaudit Tellus, Æthra, Aqua, & Ignis ovans.

DE EODEM CÆSARE UTI HIERUSALEM REGE

DISTICHON.

Supremum Hieruſalem ſi Regem protulit Aſtris:
Supremum Terris nunc quoque dat Dominum.

AD EUMDEM

TETRASTICHON.

PRIMUS *in Imperio* FRANCISCUS *jure vocaris*,
Etruſcos inter tuque SECUNDUS *Heros:*

TERTIUS *ac pariter* LOTHARI *ex ordine dictus;*
Sic ſub Trino Unum Nomine Numen ineſt.

AD EUMDEM.

DISTICHON.

UT PATER *Etruſcis*, *Lothari ut* FILIUS *arvis*,
Inque praees toto SPIRITUS *Imperio*.

LA GARA DE' FIUMI.

EPIGRAMMA.

PLURIMA *certabant inter ſe Flumina, quæque*
Imperio Dominos ambitioſa dare:
Cum ſenior, multâque in Majeſtate verendus,
Adveniens Iſter talia voce ſonat:
« *Eſt mihi Vir Magnus, meritis Permaximus, omni*
Virtute, ac Titulis dignior Orbis Amor.
Poſt varios caſus, poſt tot diſcrimina rerum
Hoc ego Palladium ſervo, ſimulque Deus.
Stat Thalami REGINA *comes, ſtat Martia* PROLES
Hoc unum columen profero ad Imperium.
Aſſenſere omnes, Jovis ipſe effulxit ab alto
Ac Te FRANCISCUM *Divi, homineſque probant.*
Invidet at NECHARUS, *nec mitius invidet* HAVER,
Sed quem non livor tangit & angit edax?

Digitized by Google

IL RENO CURIOSO.

EPIGRAMMA.

INſcius Imperii quiſnam Diadema tuliſſet
Auribus adſtabat Rhenus ubique vigil.

Interea rapidi excipiens læta oſtia Mæni,
Hunc rogat impatiens, qui ſubito ore refert:

« FRANCISCUS, FRANCISCUS *habet ſuprema Triregna,*
« FRANCISCUS *meritò totius Orbis honos.*

Talibus auditis præceps ſe merſit in undis
Continuo Rhenus mutus, & exanimis.

L' AQUILA SMARRITA.

EPIGRAMMA.

FOrte Biceps Aquila, incerto prærapta volatu,
A Viennâ errarat tam procul, atque celer:
Æthereâ ut prorſus Capitum vertigine victa,
Detegere haud poſſet Regna habitata diu.
Erravit delata tuas, Danube, per oras,
Quâ tibi dat tumidas Innus, & Iser aquas.
Interea Pullos deſertos mæſta dolebat,
Tectaque tot Proavis nidificata ſuis.
Deſperabat iter, cum viſo forte Supremo
Francisco Austrasio *Fulgure, Marte, Duce;*
Devolat in Dominum præceps, illumque ſecuta,
Quàm læta ob Pullos, Tectaque amata tenet!
Diſce tamen, Volucris, non ultra fidere pennis,
Numina namque tuum hîc nidificare jubent.

L'EQUI-

L' EQUIVOCO.

EPIGRAMMA.

VEctabat de more Deo ex incudibus Æthnæ
Forte Aquila intorto tela triſulca pede:
Francfurtique videns FRANCISCUM Sede locatum,
Prolapſum in Terris credidit eſſe Jovem.
Sic illum penes adſtrictos cita reddidit ignes,
A latere ac Tanti tuta quievit Heri.
Juppiter intuitus caſum, Volucrique ſereno
Arridens vultu, talia verba ſonat.
Sis æterna Comes (jubeo) ſis fida Miniſtra
Olli tu deinceps, dum Jovis alter erit.
Huic parere velis, quamplura huic congere tela;
Nec minus Enceladum funera in Orbe dabit.

PRO

Digitized by Google

PRO NOVO CÆSARE.

Proluditur diuturnis, atque acerrimis Bellis inter CAROLUM V., & FRANCISCUM PRIMUM Galliarum Regem = Item Teutraniæ Regi, qui gravi licet apoſthemate affectus, inita pugna, Teli ictu ſanus evaſit.

TETRASTICHON.

FRANCISCUM PRIMUM *ſi Gallia protulit hoſtem,*
FRANCISCUM PRIMUM *Præſidium Imperio*
Fas erat ut modo proferret: Sic illius inſtar
Cuſpidis hoc Nomen = vulnus, opemque tulit.

IDEM PER DISTICHON.

IMPERIO PRIMUS FRANCISCUS *conſtitit Hoſtis,*
FRANCISCUS PRIMUS *Tutor at ecce manet.*

DE EODEM NOVISSIME ELECTO.

TETRASTICHON.

AUSTRIA *lætatur, Germania plaudit, & Orbis,*
Exultant omnes Terra ſimulque Polus.
Aſt aliquis fortaſſe velit mœrere: quid inde?
Nil mœrere nocet cui meruiſſe juvat.

DE EODEM UT SUPRA.

DISTICHON.

Numina, SPONSA, *Domus; verè ſed maxima Virtus*,
FRANCISCO IMPERII *maxima ſerta dedit.*

AD EUMDEM ELECTUM

In Francfurtenſi Cathedrali Divo Bartholomæo dicatâ.

Unde in Turcas deſumitur omen.

DISTICHON.

BARTHOLOMÆUS *adbuc Cultrum Tibi tradit ab Aris,*
Excories hoſtes Tu quoque ut Ipſe tuos.

AD IMPERATRICEM.

DISTICHON.

R*Es nova! Luna Tibi, modo Sol en lumina reddit,*
Illi præſtiteras quæ prius Ipſa micans.

DE EODEM IMPERATORE
ELECTO, ATQUE CORONATO.

E X A S T I C H O N.

CAROLUS *adſtabat Cœlis, collataque cernens*
FRANCISCO IMPERII REGNA *cupita diu:*

Talibus affatur Divini Numinis aures =
= En, ego quod cœpi, perficis Ipſe modo =

= Sic ambo Auctores: Feci quod Tu ipſe volebas,
Quod volui Ipſe facis: Mens fuit una duplex.

IN IDEM ARGUMENTUM.

D I S T I C H O N.

FRANCISCUS *demum, ſimul Imperat atque* THERESA:
„ *Unum hoc pro cunctis Fama loquatur opus.*

IN

IN IDEM ARGUMENTUM.

TETRASTICHON.

JAmdudum certamen erat quo Numine, quâve
FRANCISCUS *fuerit denique* CÆSAR *ope.*

Quiſque ſibi hoc Divum tribuit, cum victor ab alto
Clamat Hymen Auctor; Gloria noſtra fuit.

AD IMPERATOREM, ejuſque ſtrenuum Fratrem, Regium Ducem, ac Principem CAROLUM.

DISTICHON.

Sublimes FRATRES! *Quorum nunc æmula Virtus*
Par foret Imperio, ſi duo Sceptra daret.

LA PRODIGALITA' DE' PIANETI.

Pro ſupremâ IN CÆSAREM CORONATIONE.

EPIGRAMMA.

RITE *Coronandus præerat vix* CÆSAR *in Urbe*,
Illi cum præſto quiſque Planeta fuit.
Largitur placidam, Majeſtatemque ſupremam
Saturnus Primus, quâ micat ille Polo.
Mox lateri illius proprium Mars ſubligat enſem,
Quo gerere in Terris prœlia ſumma valet.
Huic ſua Mercurius pedibus talaria nectit,
Ut quocumque vocent ales in arma ruat.
Juppiter armigeram volucrem pro munere ceſſit
Fulgura, quæ valeat ſuppeditare frequens.
Interea Charites Comites, Famulaſque locabat
Ipſa Venus SPONSÆ; *Tela ſacrabat Amor:*
Dum ſimul alma ſuum Phœbe firmarat in illâ
Lumen, ut eniteat nocte dieque micans.
Quando ſibi Titan radios avulſit, & illos
AUGUSTO *impoſuit, ſicque Coronat opus.*
Sydera jam valeant = Nil Cœlis invidet Orbis,
Inque Duobus habet Numina cuncta Deis.

AD

AD REGIOS AUGUSTOS INFANTES.

EPIGRAMMA.

NATA DEA PROLES, *Grandique à* CÆSARE *fluxa*,
Terrigenos inter Gloria prima Deos,
Regna Tibi, ac Regnis cumulantur; maxima priſcis
Accedunt Sceptris en nova Sceptra Tuis.
En reduces Vobis Faſces, ſertumque Latinum
Non audet veſtris longius ire comis.
Oh SOBOLES AUGUSTA, *Domus ſpes certa Teramplæ!*
Fortunâ haud poteras ſplendidiore frui.
Exue jam teneros, quos prima infantia ducit
Annos, & vultus: Exue, ſume virum;
At video; expectas regnandi ut plenius artes
Te doceat Regum Summus uterque PARENS.

AD

AD EUMDEM CÆSAREM.

EPIGRAMMA.

QUOT *jam* RODULPHUS, *dabis o* FRANCISCE *Triregna,*
Sic renovæ meritò Primus uterque Domus.
Et ſic deficiente Uno, non deficit Alter
De Te præſagus, credo, Poeta tulit.
Sic Nati Natorum, & qui naſcentur ab illis
Reddere Te incipiant quod fuit ille prius.
Unde Parens, Avus, ac Atavus, Proavuſque perennis
CÆSARIBUS *centum, ſis & origo nova*

De

DE ECCLESIA PIO-IMPERIALI JUSSU EO IN LOCO ERIGENDA

Ubi ipſe in Cæsarem Primum per Nuncium certior evaſit.

EPIGRAMMA.

Hîc *ubi ſydereum Templum conſurgit ad aſtra,*
Bellica Francisci *Caſtra fuere Ducis.*
Jure ſalutatus fuit hîc ſub Nomine primùm
Cæsaris, *unde memor Tecta verenda jubet.*
Quotidieque Sacrum ſtatuit de more patrandum,
Nempe litato uſquam ne vacet Ara Deo.
Relligionis opus, divini & pignus Amoris
Sic extant Ædes, quæ monuiſſe valent:
Quod qui dat ſacros auro, vel marmore vultus,
Non facit ille Deos, qui colit ille facit.

DE EADEM ECCLESIA
AD IPSUM CÆSAREM.

E P I G R A M M A.

*Q*Uantum jam ſuperis, Cæsar, *Cœloque dediſti*
Si repetas, & ſi Creditor eſſe velis:
Suſtineas utinam, mora Te nec terreat ulla;
Nam Tibi quod ſolvat præparat Arca Dei.
Terras interea meritò dedit illa regendas,
Jamque parat Cœlum, quod (rogo) ſera dabit.
Sin feſtina duret, ſit fas extollere vocem:
Proh ſcelus! en Terris invidet ipſe Polus.
Verius at clament alii: Feſtina rependit,
Anxia ne nimium Creditor inde foret.

IDEM-

IDEMMET CAESAR

DE TALI LOCO, AC DE SE IPSO PROPRIIS PROLUDENS TITULIS ITA JOCATUR.

VERE EST HIC METAMORPHOSEON LOCUS.
TRANSFORMATIONUM PROSCAENIUM.
PRAESTIGIORUM THEATRUM.
ME FRANCISCUM *RECEPIT*. CAESAREM *DIMISIT*.
DUX HUC ACCESSI. IMPERATOR *RECESSI.*
MINOR INGRESSUS. SUPREMUS EVASI.
TERTIUS *FUI*. SECUNDUS *ERAM*. PRIMUS *SUM*.
TUNC GRANDIS. MOX MAGNUS. NUNC MAXIMUS.
ITA DE TRIBUS AD DUO.
DE DUOBUS AD UNUM REDACTUS.
UNITATEM TAMEN MALO QUAM TRINITATEM.
SIMPLEX NUMERUS PREVALET COMPOSITO.
SINGULARITAS MULTIPLICITATEM EXUPERAT.
SIC DESCENDENDO ASCENDI
SIC DECRESCENDO CREVI
SIC AMITTENDO ACQUISIVI.
O MIRUM IN MINUENDO LUCRUM!
O NOVUM EX MINORITATE INCREMENTUM!
O FELIX EX DEFICIENTIA FERTILITAS!
SALVE ERGO O TOT GRATISSIMA MIRABILIUM FODINA.
DILECTA TOT IMMUTATIONUM ARCHETYPA.
ACCEPTISSIMA TOT PRODIGIORUM SCATEBRA.

IL RITRATTO.

VEnga effigiato il Nuovo CESARE, o in Medaglia, o in Tela, &c. aſſiſo ſopra Sedia Reale, coronato ſolamente di Lauro, con due più baſſi Sgabelletti, Menſole, o Piediſtalli da ambo i fianchi di detta Sedia, ſopra l'uno de' quali riposi l'Aquila Bicipite col Diadema in Teſta, ed uno Scettro tra gli artigli;

E ſull' altro ſodo poſerà in convenevole diſpoſizione un proporzionato Pellicano, che col petto ſvenato alimenta la brigata degli amati ſuoi Pulli.

Il Monarca poi in aria tranquilla, ed indifferente che abbaſſando ambe le mani ſopra di loro dalli due appoggi della Sedia, moſtra piacevolmente palparli ſul dorſo in guiſa di accarezzarli egualmente, col motto all' intorno:

MAIESTAS, ET AMOR.

DISTICHON.

DEnique conveniunt, ac unâ in ſede morantur,
Majeſtas, & Amor: garrule Naſo ſile.

VARIA

VARIA PRO NOVO CÆSARE EMBLEMATA.

Procera pingatur Laurus præ areſcentiâ exterius amputata, inde novis pullulans Ramis cum lemmate:

PRÆCISA RURSUM VIRESCIT. =Job.=

DISTICHON.

Languebat confecta ſenex Abſburgica Laurus,
Præciſa at rurſum quanta vireſcit adhuc!

Significatur AUSTRIACA FAMILIA modo jam, ac denuò ſimul redacta per duos reconjunctos Ramos de Domo Ambsburg.

Pulcherrima pingatur Roſa ſpinis circumſepta, cum lemmate:

ULTIO QUÆSITA =Inc. Auct.=

DISTICHON.

SPINA ROSAM *tueor, ſi quis temere audet in illam,*
Ultio quæſita eſt, damna ſibi ipſe parit.

Pro SPINA CÆSAR ſignificatur,
Pro ROSA AUGUSTA EJUS SPONSA ac REGINA.

Procera pingatur Vitis celsæ per Ulmi Ramos Uvis prægravis, ac luxurians cum lemmate:

FELICES AMBO. =De Triſt. 4.=

DISTICHON.

FElices Ambo; tantæ tu Vitis inhærens
Ulmo, Tuque Uvis ditior Ulme ſuis.

AUGUSTOS ſignificari CONJUGES ſatis innoteſcit.

Regia

Digitized by Google

Regia pingatur Apis vulnifero cum acumine producto, ac lemmate:

TUEOR NON LÆDO. = Inc. Auct. =

DISTICHON.

P*rotenſo, haud dubites*, TUEOR, NON LÆDO *mucrone;*
Cædere nec vellem; ſed modo quam teneor!

Pro Ape CÆSAR indicatur: Cetera ſatis nota.

Biceps pingatur Aquila, adinſtar Phœnicis e Rogo exurgens, non è lignis, ſed ſceptris pluribus contexto ac diſpoſito cum lemmate:

SEMPERQUE RENASCENS. = De Pont. 1.

DISTICHON.

NON *poſthâc rediviva Ales*, SEMPERQUE RENASCENS
Hæc erit, at poſthâc ſtabit inoccidua.

Auſpicium de inconcuſſa Imperii permanentiâ.

Jacularis pingatur Arcus cum Telo, ac nervo in ictum parato, ac lemmate:

ULTOR ADEST POLLUX. = De Faſt. 5.

DISTICHON.

NON *modo inulta feres tua tot Germania damna,*
Si tibi jam POLLUX *maximus* ULTOR ADEST.

CÆSAR pro Polluce indicatur, cetera ſatis liquent.

L'AQUILA

L' AQUILA ESALTATA

O SIA DISEGNO DELLA GRAN PIRAMIDE DA ERIGERSI IN DI LEI ONORE IN POCA DISTANZA DA VIENNA.

Sia cura di buono, e perfetto Perito tanto in Scultura, che in Architettura, di trovare, e preſcegliere un adequato maſſiccio Torſo marmoreo Pario, Calcedonico, o Cipro di ſufficiente grandezza da poterſi eſtendere in direzione all'altezza di 120. palmi, che tanta doverà eſſere l'elevazione di detto Obeliſco ſenza il ſuo Baſamento. Dopo averla ben ſcandagliata per non errare nella prefata miſura, proccurerà ridurla con tutte le proporzioni dell'Arte alla figura Piramidale quadrata; oſſervando, che nel piede il diametro della latitudine ſia d'eſtenſione corriſpondente all'altezza del Cilindro. Così ridotta perfettamente alla deſcritta figura, converrà iſtoriarla nelle ſue piane faccie delle tante varie prodigioſe Impreſe dell'Aquila Magna, che doverà collocarſi ſull'eſtremo del perfezionato Obeliſco: E così rappreſentare in eſſe quando volazzando fino ſopra le Lune, le roverſcia a terra, lacerandone con gli Artigli le loro Impronte ed Inſegne: Quando diſfidata da fiero Gallo, gioſtrando a corpo a corpo, conquiſo l'atterra, &c. con infinite altre, che per brevità ſi tralaſciano, riſerbandone la ſcelta all'induſtria dello Scultore, o del di lui Direttore, &c. Il tutto doverà eſſere ſcolpito a baſſo rilievo tramezzato, ed arricchito grazioſamente con diverſi Fregj, Cartellami, e Feſtoni.

Termi-

Terminata in tal guiſa la Mole, doverà queſta erigerſi ſovra un Baſamento di quadratura in tutto proporzionata, e ſovra ciaſcun angolo di detta Baſe vi ripoſeranno agiatamente in figura umana, e di tutto Bronzo gli quattro ſeguenti Fiumi, i quali ſedendo adagiati ſul piano di eſſa, e ſporgendo i piedi al di fuori degli angoli colla vita tutta curvata ſulle loro Urne, e faccia in avanti, preſtano un ripiano di ſecondo livello, e così ſul dorſo de' medeſimi ripoſerà perpendicolarmente la ſcritta Piramide, ſulla cui cima, ed eſtremo reſterà collocata una vaghiſſima Aquila Imperiale tutta in piedi con Corona alle Teſte, l'una delle quali volterà verſo Oriente, e l'altra all'oppoſto Occidente, colle ali parimente eſteſe in ſequela, e direzzion delle Teſte. L'Aquila predetta vorrà eſſere di Metallo Corintio animato, e lumeggiato a oro a' ſuoi debiti poſti, ma ſopra tutto di grandezza proporzionata, e viſibile. Così poi dalli di lei artigli penderà il motto in zona volante:

RENOVATVR AQVILA INVENTVS TVA.

Sopra dette Teſte, e Corona ripoſeranno leggiermente tre piccoli Aironi (latinamente *Accipitres*) noto Stemma dell'Augusto Regnante, trapaſſati da gentil Faſcia volante col motto:

ET NOS SVBLIMIVS ILLA.

Così dal collo di ciaſcheduno degli enunziati Fiumi ne penderà un ricco, e vago Feſtone a guiſa di quello del Toſone, ſoſtegno finale di conſimile Aquila undulante da tali eſtremi; ma di correlativa minor grandezza. Sopra la Teſta di ognuno di loro vedraſſi diſpoſto un adequato Cartello affiſſo in alquanta pendenza dagli reſpettivi angoli dell'eretto Obeliſco, continenti ſeparatamente gli appreſſo Diſtici, in eſpreſſione de' loro affetti al ſopraſtante Augello indirizzati, cioè:

DANUBIO IL PRIMO.

Quiſnam te volucrem rapuit, quiſnam abſtulit error?
Error, quem tu hîc dein fixa refixa lues.

MOL-

MOLDAVIA IN BOEMIA IL SECONDO.

Te *mihi* Rodulphus *primam dedit ante videre,*
Tuque, Ales, cuſtos unica ſemper eris.

ARNO IL TERZO.

Cum *Caput ecce Tibi ſit Binum, reſpice ſaltem*
In me nunc uno, cætero in Orbe premas.

PO IL QUARTO.

Ah *quoties, memini, Volucrem Te litora vidi*
Per noſtra invictam! Quid remeare piget?

Alle quattro Cantonate poi di eſſo Baſamento ſi mireranno grazioſamente avvinti come in figura di Schiavi, ma di tutto rilievo, e ricco maſſiccio. Da una il Gruppo delle tre Furie con volto dimeſſo, e Flagelli a cintola, e motto:

TORPENT FORMIDINE VICTAE.

Dall'altra il Gruppo delle tre Parche ozioſe, e quaſi ſonnolenti con Forbice, Fuſo, e Naſpo a terra, ed Epigrafe:

MITESCERE DISCUNT.

Nella ſeguente il Cerbero tutto proſtrato a terra con occhi aperti e miranti; ma colle bocche ſerrate, e dalla ſola catena ſorretto con queſto motto:

PARCIT LATRARE SUB ANTRIS.

Nell'ultima l'Avvoltojo di Tizio con un cuore cadutogli a terra alla comparſa dell'Aquila con leggenda:

DESINIT ESSE VORAX.

Avvertaſi in oltre, che la quadratura della Baſe non deve eſſere al tutto piana; ma grazioſamente centinata nelle quattro Facciate, e ſuoi ricorrenti Corniciami, nè quelle devono reſtare in bianco, ma ſimbolicamente anch'eſſe ſtoriate a baſſo rilievo, e particolarmente eſprimenti il predominio di tal'Augello anche ſopra gli ſteſſi Elementi; onde nella prima, in forma di Medaglione ſcartocciato, ſi effigierà un Campo vacuo, e totalmente aereo coll'Aquila ſormontata in alto, ed equilibrata ſulle proprie ali, e tal motto appreſſo:

SEMPERQVE SVBLIMIOR.

Nella ſeconda un Campo parimente aereo; ma con un ricco Sole alla cima di eſſo, e l'Aquila ben d'appreſſo in quello tutta fiſſa, ed immota con tale epigrafe:

COELESTES SVSTINET IGNES.

Nella terza una veduta di Mare borraſcoſo, con Aquila, che lo traverſa volando, e col motto:

TERRENS QVOQVE TRANSVOLAT VNDAS.

Nella quarta uno ſterrato, con veduta di parte di Regio Palazzo con tettoja alquanto in fuori, cui ſi appreſſa l'Aquila volante in atto di poſarviſi ſopra, e leggenda:

NON ORTVS OBLITA SVI.

Il poſto proprio da erigerſi tal Mole ſarà fuori della Porta principale di Vienna alla diſtanza di 300. paſſi, ed avanti il Tempio laterale della Dea *Soſpite*, cui diametralmente corriſponderà quello di Giove *Statore*, da erigerſi anche detti Templi, quando già non vi ſieno, denotando il primo il felice gaudioſo Ritorno dell'Aquila in piene forze, e perfetta valetudine; ſiccome il ſecondo la tutela, ed impegno, che averà Giove per quivi eternamente ſiſſarla immobile, come già ſegueſtrò le Milizie Romane fuggitive da'Sabini, ec.

L'Edifi-

L' Edifizio di tali Templi doverà eſſere ſul modello delli già antichi di Roma, e ſolo nel Frontespizio loro ſene leggerà la memoria, cioè in quello dell' una:

OB SOSPITIS AQVILAE REDITVM
EX AERE VIENNENSI
ALMAE SOSPITI DEAE EXCITATVM
ANNO POST REPARATVM IMPERIVM PRIMO.

In quello dell' altro:

VT IAM PROFVGAM NVNC REDVCEM AQVILAM
TVO NVMINE HIC AETERNE SISTAS IMMOTAM
EN TIBI STATORI IOVI
AVSTRIAE EXPIATIO
GERMANIAE VOTVM
ORBIS OBTESTATIO
ANNO AB IMPERATORE CONDITO
FRANCISCO PRIMO.

Alli piedi poi della Piramide dalla parte del ſuo principal proſpetto ſi preſenterà dal vero mezzo di eſſa, ed alquanto pendente in fuori ſul primo Cornicione della Baſe un ben inteſo, ed amplo Cartello eſprimente la Dedica colla ſeguente Epigrafe a lettere di Bronzo intarſiate d' oro:

SVBLIMIORI AETHERIS INCOLAE
RAPIDAE FVLGVRVM THESAVRARIAE.
SOLERTI IOVIS CVSTODI. ATQVE CONCIVI.
INCONCVSSA SOLIS ACIE EXPLORATRICI.
QVOD ALIQVANTVLVM HINC DEVIA ABERRAVERIT.
NVNC AVTEM FIDELIORI. SOSPITI. AC REDVCI
AVITAE REGALI BICIPITI AQVILAE
LATINI. GERMANICI. SED POTISSIME
AVSTRIACI IMPERII
COELESTI TVTRICI. AC PATRONAE.
AEQVE MAXIMAE MAIESTATIS CONSOCIAE.
CAESARVMQVE OMNIVM ADOPTIONE COLLEGAE.
MODO VERO
LEGITIMAE NATVRALI EORVMDEM HEREDI.
PVBLICAE FELICITATIS REPARATRICI.
VNIVERSAE VINDICI LIBERTATIS.
BONORVM OMNIVM OB LARGITATEM
TER OPTIMEMERITAE.
SVMMO HVIVS CIVITATIS PRAESIDIO
VNI TOTIVS GERMANIAE PALLADIO
VENERATO ORBIS ASYLO.
EX VIENNENSI SENATVSCONSVLTO
PROVIDA EORVM COMITIA
HVIVSMODI GRATI ANIMI MONVMENTVM
ERIGENDVM CVRARVNT.
EX VOTO LAETISSIMA POSVERE
ATQVE AERE PROPRIO
VENERABVNDA
DD. DD. DD.
HOC ANNO M.D.C.C.XXXXV.

D' in-

D'intorno a tanta Macchina ſul piano laſtrico ſi vederà un bell'ordine d'allegra Danza a terra, che col ſuo intreccio in ritondo formerà come Clauſura, Balauſtro, o Stecconato preſervativo della medeſima.

Li Danzanti ſaranno al numero di Dodici, e a due a due ſaranno i ſeguenti in abiti appropriati col diſtintivo loro Geroglifico nel lembo di eſſi, cioè, ſei Maeſtoſe Matrone con altrettante Deità, come appreſſo:

La GERMANIA con Apollo, ambi coronati di Raggi.
L'UNGHERIA con Marte, ambi coronati di Lauro.
La BOEMIA con Mercurio, ambi coronati di Palme.
La TOSCANA con Giove, ambi coronati di Ulivo.
La LOMBARDIA con Saturno, ambi coronati di Gramigna.
L'AUSTRIA con Imeneo, ambi coronati di Mirto.

Queſti tutti con ambe le braccia aperte, e concatenate l'une coll'altre formeranno, e chiuderanno l'ampio predetto Cerchio di Danza, dimoſtrando col portamento, ſveltezza, ed ilarità de' Volti la ſomma interna eſultanza del cuore in onore, ed oſſequio della ritornata grand'Aquila sì glorioſamente rimpatriata.

Al di fuori di detto Cerchio, o Tripudio, ed in poca diſtanza da eſſo, comparirà tirata in figura centinata, e di ſemicerchio una rilevata Veduta in foggia d'Orcheſtra, o Ringhierone Teatrale parimente marmoreo, o pure di Ferramenti dorati, ſu cui ſtaranno aſſiſe, ed in piedi le nove Muſe, che colli loro reſpettivi Muſicali Iſtrumenti in atto di ſonargli, e cantare ancora, pare accompagnino; anzi guidino l'ordine della predetta Danza, ed in mezzo delle medeſime ſarà Apollo con foglio accartocciato nella deſtra, qual perfetto Regolatore dell'intrapreſa Sinfonia con Motto a' piedi:

IN OMNIBVS VNVS.

Nella

Nella ſiniſtra poi moſtrerà tenere altro foglio aperto con occhio attento alle parole in quello muſicalmente ſcolpite, ed eſprimenti

THERESIA REGNAT.
FRANCISCVS IMPERAT.
QVIS CONTRA NOS.

Quali verſetti ben s' intende, che in ordine Muſicale vengono alternativamente repetiti or dal Coro delle Muſe, or da quello della Danza, accordando a queſto ancora il paſſo per compimento dell'eſtremo lor giubilo.

In oltre ſopra il Gran Cartello di mezzo continente la recitata Epigrafe, od Inſcrizione, ſventolerà ben diſpoſto il nuovo Stendardo Imperiale dimoſtrante le ſolite Lettere, variando ſolo la prima in tal forma, cioè:

F. P. Q. R.

FRANCISCVS PRIMVS QVIRITVM REX.

E queſto in contrappunto del Gallico Veſſillo continente le ſteſſe Lettere cioè:

FRANCORVM POPVLO QVIS RESISTET.

DISTICHON.

Francorum Populo Quiſnam modo quæſo Reſiſtet?
Franciscus Primus *Magnus Rex ecce Quiritum.*

In diſtanza poi di 200. paſſi dall'eretto Obeliſco ſi drizzi una proporzionata Colonnetta di faccia ovale in fronte al maggiore ingreſſo, che quivi conduce, in cui incontrandoſi ogni Pellegrino, o Viatore, che ſiaſi, reſti pienamente inſtruito da quanto leggerà in eſſa da inciderſi come ſegue:

MOLEM

Digitized by Google

MOLEM ILLAM
QVISQVIS E LONGINQVO PERCIPIS.
STVPIDOQVE OBVIAM OFFENDIS IAM GRESSV.
CASV HVC. VEL EX CONSVLTO COMPVLSVS.
CAVE NE PROCEDAS INDOCTVS.
SED REVERENTIA CORREPTVS
ADSTANTEM OPTIMATVM DEORVM CONSOCIAM
SYDERVMQVE CONTVBERNALEM
INOPERTO CAPITE
COMPOSITIS BRACHIIS, DEMISSIS OCVLIS
PROVOLVTVS VENERERIS.
SVSPICIAS. DESPICIAS: PERSPICIAS TREMEBVNDVS
QVAESO.
SVRSVM. AC VNDIQVE QVAE TIBI OCCVRRVNT
MIRARE DIVAE AQVILAE INSIGNIA.
PROPITIATO CVIVS NVMINE
SOSPITES CIRCVMAGVNT GENTES.
HILARES DEGVNT POPVLI.
PERIVCVNDVS VIGET ORBIS.
GRATVLARE TV QVOQVE ILLI REDVCI
MAGISQVE MERITO EXALTATAE.
FIDENTIOR ACCEDAS.
ET NE AMPLIVS ABERRET
TV QVOQVE VOTVM EXORA.
GAVDE FAVENTIBVS DIIS HVCVSQVE PROGRESSVM
= COELITVS VNDE ORBI PARTA STAT ALMA SALVS =
SATIS DIDICISTI SI SAPIES.
TANTO NE ABVTERIS NVMINE.
MAXIMA SED RELIGIONE TACTVS
PERGAS INCOLVMIS.

Deve inoltre ſaperſi, che il gran Ripiano, o Platea continente la già tutta diviſata Mole, deve ancor' egli reſtare racchiuſo da un maggiore, ed aſſai più amplo ſpazioſo Recinto, che venga a conſtituire la magnifica ampla Platea in figura, e forma di un Cerchio maſſimo, o Coloſſeo Teatrale. L'accennato Recinto, o Periferia doverà formarſi di un doppio Colonnato a guiſa di quello del Vaticano, ſerrato in Archi al di ſopra, e deſinente in una continuata Ringhiera, o Balauſtrato, &c. ſotto ciaſchedun Arco reſteranno collocate, e diſtribuite ſopra ſuntuoſi Baſamenti le molte Statue, o Simulacri rappreſentanti la nobile, e lunga Serie di tutti gli Cesari Austriaci, ſufficienti da ſe ſoli ad arricchire sì amplo Teatro, che ſarà detto per Antonomaſia

AVSTRIAE CAPITOLIVM, &c.

L'ordine della detta diſtribuzione doverà principiarſi dalla Perſona, cioè, dal Simulacro dell' Imperadore Ridolfo Primo già Conte di Ausburgh, animando il pian-proſpetto di tal Baſamento coll' appreſſo Elogio, lo che puole ſeguitarſi in tutti gli reſtanti con diverſo, o conſimil metodo di Epigrafi, che qui ora per brevità ſi omettono, referendo ſolo la ſeguente Scrizzione;

Quæ alias edita concinne hic apponitur.

IN

Digitized by Google

IN MERO GLORIAE MERIDIE PRIMVM.
VLLI NEQVE VNQVAM SECVNDVM.
RODVLPHVM ABSBVRGENSEM CAESAREM
FORTVNA SVA MAGNVM. SVORVM MAXIMVM
QVAM INVIDE INVISENS VIDES!
PROMERVISSE ROMANI IMPERII FASCES PARVM FVIT.
QVANDO EOS INCLITAE DOMVS HEREDITARIOS FECIT.
HIC ILLE AVSTRIACI FVNDATOR NOMINIS.
HIC TANTI SANGVINIS SCATEBRA.
AB HOC CAPITE TOT ILLA EXTITIT CORONARVM CONGERIES.
VIRTVTEM LEGAVIT, FORTVNAM ALLIGAVIT
SVAE GENTI.
PIETATE IN PRIMIS ASTRA CONCILIAVIT AVSTRIACIS.
ASPICIS? EQVVM EVCHARISTICO CEDIT NVMINI.
NVMQVAM CELSIOR. QVAM CVM EQVO DESILIT.
VIDIT. QVAMVIS INTRA VELVM. DEVS
EXIMIVM RODVLPHI OBSEQVIVM.
VT VICEM PENDERET.
PRO EQVO HABENAS. AC FRAENA ORBIS DEDIT.
HINC TANTA AB HAC COELESTI FRVGE HONORVM SEGES.
AB HOC ETIAM EVCHARISTICO AGNO
EQVE MITES. AC PROELIARES HAVSIT SPIRITVS.
HOSTES ITA STERNIT. VT ERIGAT.
TOT TESTES
QVOT ET MANV VICIT. ET VINXIT CLEMENTIA.
CVM OTHOCARO BOHEMIAE REGE SEMEL ATQVE
ITERVM DIMICATVM.
ADEPTA HOC BELLO ADEMPTA AVSTRIA
IMMORTALI NOMINI NOMEN FECIT.
QVAE DEINDE. QVIS CREDERET.
VTRIVSQVE ORBIS CAPAX
QVIDQVID EST TERRARVM. AC MARIVM
SVO COMPLEXA EST SINV.
IAM QVI INTRA IVVENTAM CAPESSIVIT IMPERIVM.
QVOD PENE CONSENVERAT.
SENEX ITA RELIQVIT.
VT PENE REPVBVISSE VIDERI POSSET.
ABSOLVTO PERINDE
NIL MINVS GLORIAE. QVAM VITAE PENSO.
IN COELIS AVREVS. MARMOREVS HIC PERPETVATVR.

Dopo queſto doveranno comparire ordinatamente in ſucceſſiva sfilata gli reſtanti Cesari colla ſeguente diſtribuzione, ed Epoche della loro aſſunzione, cioè il già diviſato

1273—Ridolfo I.	1565—Maſſimiliano il II.
1298—Alberto I.	1576—Ridolfo il II.
1314—Federigo il III.	1612—Mattias il I.
1438—Alberto il II.	1619—Ferdinando il II.
1440—Federigo il IV.	1635—Ferdinando il III.
1486—Maſſimiliano il I.	1658—Leopoldo il I.
1519—Carlo il V.	1705—Giuſeppe il I.
1554—Ferdinando il I.	1711—Carlo il VI.

Dall'oppoſta parte, e ſotto gli Archi corriſpondenti in diametro alli già detti, vi trionferanno ſopra altrettanti Piediſtalli i Maeſtoſi Simulacri delli non pochi ſtupendi Monarchi delle Spagne originarj da queſta Immortal Proſapia, e ſaranno

Filippo il I.	Filippo il III.
Carlo il V.	Filippo il IV.
Filippo il II.	Carlo il II.
	Carlo il III.

A lato a queſti, e con metodo conſimile, verranno coerentemente diſtribuiti gli moltiſſimi Supremi Dominanti, e Sovrani della Real-Cesarea Casa di Lorena, procedenti anch'eſſi dalla Glorioſiſſima Diramazione Absburgense Austriaca, che troppo fora lungo il qui numerarli; ma bene ſe ne puole più facilmente deſumere il Catalogo dagli Annali della Fama, e della Gloria, e cotal Serie verrà ſerrata al preſente col Simulacro ancora del Sacro-Augusto Regnante Cesare FRANCESCO, unitamente a quello dell'Augusta Cesarea Sposa TERESA, i quali doveranno pure collocarſi anche in chiuſa della di contro già diviſata Diſtribuzione Auſtriaca, come appreſſo diraſſi. Nel bianco frattanto di detto Piediſtallo ſi legga:

AVSTRASIA EN QVOTQVOT IACTAT MAVORTIA MARTES,
VOS NON INTEREA META SED INITIVM.

Gli

Gli due grandi Ingreſſi, ſpacchi, ovvero imboccature non doveranno in alcun conto eſſer ſerrati, per non rompere anche in lontananza l'intera veduta dell'Obeliſco, e ſuoi Conneſſi; talchè ſimil Recinto reſterà compilato con due ſoli ſemicerchi, che nel loro mezzo anderanno ad unirſi colli già deſcritti Templi, che faranno croce agl'Ingreſſi, laſciandone però libere le loro Facciate.

D'avanti, e per di fuori al principale Ingreſſo ſtaranno erette due magnifiche Fonti in aria del tutto iſolate dal prefato Recinto, e con sì copioſo gettito d'Acqua in alto, che ſorpaſſi l'elevazione di quello.

Nelli due Proſpetti poi degli Ornati, o Piediſtalli di tali Fonti vi trionferanno due ricchiſſimi Medaglioni di metallo a Oro, continenti l'uno il natural Ritratto del Nuovo Cesare; quello dell'Augusta ſua Sposa l'altro, e ſotto ad ambi detti Ritratti vi ſi vederà il Simbolo, o Gereoglifico del Valor Militare conſiſtente in due Spade incrociate nude, e legate con Corona di Lauro la prima, e con Corona di Palme la ſeconda, dovendoſi leggere ſopra detta Prima

INVENIT VIRTVTE VIAM.

E ſopra la ſeconda

COMPRESSA SVBLIMIOR.

Lochè appunto ſpiega l'indicativo dell'Acqua in alto, correlativo all'altro del Valor Militare.

Verſo l'eſtremo dell'oppoſto Ingreſſo terminerà l'ordine interno delle diviſate Statue, che per ora reſteranno complete coll'erezzione da una banda di quella del preſente Cesare con inſcrizzione nel Baſamento

QVISQVE SVO FVLGORE MICANS SVPEREMINET ORBEM,
TV FRANCISCE TVO VINCIS ET ASTRA SIMVL.

Dall'altra con quella dell'Auguſtiſſima Teresa in guiſa di Maeſtoſa Amazzone, e leggenda pure nel Baſamento

VLTIMA TV AVSTRIADVM IAM PRIMA VIDEBERIS ORBI,
DVM NOVITER REGES, QVOT SIMVLACRA DABIS.

Digitized by Google

Molti per altro di tali Archi, dopo gli deſcritti Regnanti, doveranno reſtar vacui, ed in bianco, ma però ripieni dell'uniforme Baſamento ſenza Simulacro, ſiccome colla ſolita Inſcrizione nel Piediſtallo da ambe le parti, cioè dall'una

FVTVRO DIVO.

Nell' altro

POSTERITATI SACRVM.

Nell' Accedente;

VENIENS SERVATVR IN AEVVM.

Nell' altro Primo ex oppoſito

SOBOLI INSTRVCTA FVTVRAE.

Nell' altro.

IGNOTO SED DIVO CAESARI.

Nel ſuſſeguente.

PROLI PARATA NEPOTVM.

E ſu tal tenore ſi riempirà ogn'altro reſtante vacuo fino al compimento di eſſi, ec.

Il vacuo poi d'ambedue gli detti Ingreſſi reſterà ſolamente traverſato in alto da groſſo Ferro, ſoſtegno di ſontuoſo Cartello in aria con tale Scrizzione al di fuori, ed in faccia del Viatore, che ſia

INGREDERE PVBLICVM VIRTVTIS, ET GLORIAE LYCEVM,
EST HOC DIVORVM AVSTRIADVM PANTHEON.

E nel contrappoſto Cartello dall'altra imboccatura ſi legga

INNVMEROS FABIOS SILEAS IAM GARRVLA ROMA;
SI DOMVS HEROES AVSTRA TOT VNA TVLIT.

ACCEDUNT NONNULLÆ ALIÆ EJUSDEM TENORIS

ATQUE EX EODEM AUCTORE

LAUDATÆ EXERCITATIONES

Quæ hic non immerito, neque abs re apponuntur, prout ſequitur.

Digitized by Google

Digitized by Google

PRO TERTIO FAUSTOQUE DE FEMINA
PUERPERIO VIENNÆ EDITA

AB AUGUSTA UNGARIÆ, ET BOHEMIÆ REGINA

MARIA THERESIA

REGIA ETRURIÆ CELSITUDINE, &c. &c.
Hoc Anno 1740.

DISTICHON.

FILIA *ſi trina effœta eſt in* CÆSARIS *Aulâ;*
Verſa eſt in Charitum CÆSARIS *Aula Thronum.*

SEQUITUR EXASTICHON.

QUæſita in toto nullo eſt Lucina reperta
Cœlo, quô rediens talia dicta dedit:
Tres olim Natas ſuſcepi operoſa Tonanti,
Etruſco totidem nunc dedi & ipſa Jovi.
Juppiter ergo pares vel Terras jungat Olympo,
Sive ſuum a Terris dividat Imperium.

IN

IN IDEM ARGUMENTUM.

SEQUITUR EPIGRAMMA.

*N*Aſcitur Etruſco dum Tertia FILIA Regi
Quam tibi magna, Pari, lis agitanda datur!
Divitiæ hîc adſunt Junonis, Palladis æquè
Virtutes, Veneris quælibet ora gerit.
Aſtrææ in tanto dubias diſcrimine lances
Neſcia mens fruſtra conſulet, atque manus,
Tu tamen o Judex, nolint certare, velintve,
Percipe quæ ad cauſam promere vota juvet.
Tres quoniam in partes Noſter diſtinguitur Orbis
Unicuique ſuam de tribus ipſe dabis.
Singula ſic partem ſi quævis Nata gubernet,
Quam Dives, Sapiens, Pulcbrior Orbis erit?
Aurea poma dein, quæque eſt pars cætera Mundi,
Da Meritæ MATRI *tot peperiſſe Deas.*

PRO

PRO PRIMO REGIO

AUSTRIACO INFANTE

MAGNOQUE ETRURIÆ PRINCIPE, &c. &c.

Viennæ Nato Anno 1741.

AD GENITRICEM REGINAM.

EPIGRAMMA.

Bella gerant alii, Tu pergas gignere, plures
Quam Mars, ſi Reges en Tibi dat Thalamus.

Tot paries, tot Regna manent, maneantque Nepotes:
Reges atque Mares gignere prorſus idem.

Sponte ſua Te Sceptra petunt, quæ congregat Iſter,
Ultavia, atque Arnus, Rhenus & Eridanus.

Unde prius congeſta ſimul tot danda parare
Deſinet Orbis inops, quam Tibi Regna dare.

Sed quia cuncta parum jam jam Diademata ſumma
In SPONSO *cumulent quæ Tibi* SPONSA *geris.*

Sic æquæ ſtabunt vires; Tu terque Beata,
O tanto JUNO *tam bene nupta* JOVI.

PRO EODEM AUSTRIACO

REGIO INFANTE

UT SUPRA NATO

AD REGIUM GENITOREM

DISTICHON.

SUSTINEAS, *Atla, tantarum ut pondera rerum,*
Nil minor Alcides en Tibi ſorte datus.

SEQUITUR ELEGIA.

CAROLUS *occubuit, Cœlis Animæque potitæ*
Adſtitit AUSTRIADUM *longus utrinque chorus.*

Congreſſique ſimul miſcebant gaudia vocis,
Quando LEOPOLDUS PRIMUS *in ora ruens:*

Contigit expanſis Te, Gnate, adiungere in ulnis,
Dum nimis orbe celer, ſerus ad aſtra redis.

Veniſti tandem lux expectata PARENTUM,
Te mille amplexus, oſcula mille manent.

O qualem

O qualem Terris Magnum Te, Gnate, reliqui;
O qualem ſummum nunc revidere juvat!

Oribus ora ſinas iterare, ac brachia collo,
Dum nimis orbe celer, ſerus ad aſtra redis.

Aſt ne plura morer, cernis quam Fata ſupremam
Efformant Animam, nec datur ulla quies!

Undique ſed circum totis quot Numina certant
Perficere hanc ſtudiis, curaque ſumma premit,

Divino ut latè ſaturetur lumine, & omnes
Impavida Heroas mente, animoque præat?

Cernis, uti circum frondeſcant tempora avitæ
Laurus, atque quotus geſtit ad arma ferox?

Nonne vides qualem Pietas comitetur euntem,
Qualis Religio, qualis & adſtat bonos?

Parte rapit facies, tantundem martia virtus,
Dumque rapit terret, ſed rapit uſque minax.

Hic Pronepos noſter, ſeros patratus in annos
Invidiâ Divum, qui timuere parem.

Tantæ molis erat, mi Gnate, extendere GENTEM
AUSTRIACAM, *atque illam tam reparare grave!*

Denique quem GENITOR, MATER, *quem poſtulat Orbis,*
Hunc tua Progenies Alma THERESA *gerit.*

Reptabit per Sceptra Puer, Juveniſque per haſtas
Incedet, galeæ gloria, terror, amor.

Quanta reget factus mox Vir diademata, quantum
Implebit Terræ totus in Orbe Senex!

Tu JOSEPH BENEDICTUS *eris, date lilia plenis*
Ad Cunam calathis, jam gemit unde Puer.

O AUGUSTE *vale, valeas Tu nate* JOANNES,
ANTONI, MICHAEL, *Tu vale noſter* ADAM.

EX EODEM NOMINE ADAM.

EPIGRAMMA.

PRima ab Adam *primo data ſit cum Femina in orbe,*
Prima orbi en primum Femina *donat* Adam.
Prima equidem ſi Sceptra velis perpendere avita,
Primus & ipſe ſimul, ni dedit ante mares.
Annis, Imperio, Natis, jam præſtitit ille,
Nil tot muneribus ſit, precor, iſte minor.
Inter utrumque tamen quam diſtent cætera noſcis;
Præſidium Hic mundi eſt, ille ruina fuit.

PRO

Digitized by Google

PRO CELEBRATIS NATALITIIS.

EPIGRAMMA.

UNdique flamma micat, fulgent laquearia ceris,
Turribus æra ſonant, Orgia ſumma ſtrepunt.
Interea paſſim feſtiva tonitrua rumpunt,
Ignitoque ferunt ſulphure ad aſtra diem.
Quæ, MAZZINGHE, *novi, quæ tanti cauſa triumphi?*
Etruſco Martem fata dedere Jovi.
Fata, precor, veſtræ ne deſint thuribus aræ,
Munera ſi cura eſt cœlitus iſta dare.
Vade per Etruſcos jam Sors Lætiſſima Campos,
Arne & tu bino NUMINE *tutus eas.*
Juppiter, ac vobis Mavors Altaria fument
Sic Tu in PROLE PATER, *Tu in* PATRE NATE *vale.*
Præſes, Tuque quater felix, itidemque Supernus,
Si geris, ò, tanti Numinis, Alme, vices.

PRIMO

Digitized by Google

PRIMO AUSTRIACO

REGIOQUE INFANTI

JUXTA SEPTEM EJUSDEM NOMINA,

OFFICIOSA MUSARUM GRATULATIO.

AD GENITRICEM REGINAM, &c. *Calliope.*

DISTICHON.

P*Ræveniunt alii* NATI *ſibi Regna futura,*
Præveniunt NATOS *Regna parata Tuos.*

JOSEPH, *Clio.*

DISTICHON.

Q*Ualis* MAGNUS *erat* JOSEPH, *Pharaonis in Aulâ,*
Talis in Orbe diù ſis, precor, ALME PUER.

BENEDICTUS, *Erato.*

DISTICHON.

S*Umma duo Tibris* BENEDICTI *Nomina, & Iſter*
Jactant: Cui major gloria? Muſa ſile.

DISTI-

Digitized by Google

DISTICHON.

AUGUSTUS, *Thalia*.

J*Am Româ nil Vienna minor, namque Illa vocabat;*
Spero equidem AUGUSTOS, *dum parit, Iſta facit.*

DISTICHON.

JOANNES, *Melpomene*.

N*Omen habes, Aquilamque geris; vis eſſe* JOANNES?
Ignores utinam Tu quoque, ut ille, mori.

DISTICHON.

ANTONIUS, *Terpſicore*.

O *Nimium Dilecte Deo, ſi* ANTONIUS *aſtris,*
Vota cui debes, ad Tua vota manet.

DISTICHON.

MICHAEL, *Euterpe*.

V*Oce, manu, gladio* MICHAEL, *ſcis, expulit hoſtes,*
Sis Orbi, quæſo, qui fuit ille Polo.

DISTICHON.

ADAM, *Polyhymnia*.

D*Eerat adhuc, & qui dominari in cætera poſſet:*
Proh Divi! En veſtra munere natus ADAM.

DISTICHON.

Profuditur iisdem ſimùl Nominibus. *Urania*.

P*Lanetæ ſeptem, totidem Tua Nomina, at iſta*
Ipſa ſuo, haud alio lumine ubique nitent.

PRO

PRO TALI FAUSTOQUE PUERPERIO

AD GENITRICEM REGINAM

CONVERSIO, QUÆ ALIBI APPOSITA, PERBELLE HIC PRORSUS OCCURRIT.

Salus facta es huic Domui.

EREPTO MAXIMO AVGVSTO PARENTE CAROLO.
QVISQVIS TVAE INDOLET SOLITVDINI. AVT FATO.
VIRTVTVM ILLE TVARVM CHORVM NON EQVIDEM SCRVTATVR
QVAE TE SOLAM NON ESSE SINVNT.
NEQVE CONFERTISSIMAM CAESARVM REGVMQVE SERIEM
E TVA GENTE ENVMERAT.
QVIBVS CVM IPSA VERSARIS
QVOTIES ANIMO IPSI OBVERSANTVR TVO.
LONGE MINVS ADVERSA TE SORTE CORREPTAM DIXERIT,
SI REGIVM DIVVMQVE. FRANCISCVM CONIVGEM.
AC VNA VBERRIMVM PERPENDAT THALAMVM.
VTRVMQVE TIBI IN DELICIIS MAXIMVM.
SIC PARENTIS ORBITATEM PLENE ILLE REPARAT.
SVMMO CVM FAENORE NVNC PENSAT ALTER.
IN IOSEPH BENEDICTO AEFFETO
REDIVIVVM. SPIRANTEMQVE CAROLVM INSPICIES
POSITO IAM SENIO REFLORESCENTEM.

QVI

QVI CAROLVS ERAT REDIT IOSEPH.
VT GRATVLERIS TV TIBI CAROLVM. SIMVLQVE IOSEPH.
NVLLVS IGITVR MOERORI LOCVS.
REGINAM. ET REGEM AGIS.
INTRA CONCLAVE REGINA. EXTRA CONCLAVE REX.
SOLA ALIQVANDO REGINA ESSE POTES. REX NVMQVAM.
POPVLORVM VOTA. REGNORVM COMMODA
BELLICA FREQVENTIVS NEGOCIA
REGIAS POSCVNT AVRES.
ADES TV SVMMIS. INFIMIS.
ADEVNT TE SVMMI. INFIMI.
QVID SI IMMIXTA CASTRIS EXERCITVS ETIAM INVISERE
ATQVE IPSA PENE COGERIS PROELIA DISPONERE.
VBIQVE SEDVLA . AC PERVIGIL.
ET IN QVIESCENDO OPEROSA?
PORRO HEROINA INCOMPARABILIS!
AGNOSCIMVS IN FEMINA MARES ANIMOS.
IN FILIA, ATQVE CAESARVM NEPTE MAGNAM INDOLEM.
IN GERMANA ROBVR PECTORIS.
IN AVGVSTA VIM MENTIS.
HOC VNVM RELIQVVM.
VT QVAE NOBIS ALTERA REDIS AMAZZONVM
VNA CVM DIVO SPONSO
CVM DIVO INFANTE
CVM LONGAEVA POSTERITATE
COMMVNI. PVBLICO. ATQVE VNIVERSO BONO
TER SOSPES, FAELIX QVATER
SEMPERQVE SVBLIMIOR PERENNES
O DOMVI. AC ORBI MAXIMA FACTA SALVS.

M PRO

PRO SOLEMNI CORONATIONE
AUSTRIACÆ MARIÆ THERESIÆ
IN TOTIUS HUNGARIÆ REGINAM, &c. &c.

Supremè habita in CIVITATE POSONIO, vulgo PRESBURGH
Hoc Anno M.D.CC.XXXXI.

EPIGRAMMA.

MÆnia Poſonii dum præterlabitur Iſter
Plauſibus excitus protulit amne caput:
Fulgentemque novam miratus tempora DIVAM,
Gemmea CUI *Fronti jure Corona datur*,
Neſcius an Pallas, vel Juno, poſtmodo diſcit
Auſtriadum quod ſit Celſa THERESA *Genus.*
Illico demiſſo Sublimem vertice adorat,
Pronus & è ſummo gurgite voce ſonat:
» *Ungarici ſalve Dominatrix Inclita Regni,*
Si modo Sceptra Manus, ſi Latus Enſis habet.
Ultima non tamen hic ſedes, majora triumphis
Littora adhuc reſtant: Me duce carpe viam.
Quò feror ipſe mari, victrix Regina feraris;
Quæve preant certent Armaque, & Unda ſimul:
Flumine ſed victo procedant longius Arma,
Nullaque ſit Vobis quæ mihi meta fuit.

PRO

Digitized by Google

PRO REGIO SECUNDO-GENITO

Viennæ nato hoc Anno 1745.

EPIGRAMMA.

Proluditur Tyndaricæ Fabulæ, &c.

INFANS AUSTRIADUM *Soboli ſi contigit alter,*
Caſtora = Polluces verè habet Aula ſuos.
Ipſi etiam æquabunt illorum maxima geſta,
Quæ Mare, quæ Tellus ſentiat, atque Polus.
Non tamen alterni rutilant, non occidit ullus,
Sed ſimul æterno lumine Uterque nitet.
Stat quoniam fulgere magis, clareſcere ſemper,
Suppeditat GENITRIX *dum jubar, atque* PARENS.
Leda illis Mater, lædens REGINA *ſed iſtis:*
Lædens; namque hoſtes Lædere Læſa valet.

DE EODEM TETRASTICHON.

P*Ortendis* PUERO *quid nobis, Auſtria, Bino?*
Nempe hic Neptunnus, Juppiter alter erit.
Si ſuperi! Tu Sceptra, PARENS, *ne Tertia cures,*
Sintque libens aliis infera Regna ſinas.

IN OBITU
CAROLI VI. IMPERATORIS

PRÆ NIMIO VENANDI STUDIO MORBO SIMUL AC MORTE CORREPTI.

Proluditur Rodulphi Primi Imperatoris vulgatæ hiſtoriæ, quando ſcilicet venationi indulgens proprium pediti Sacerdoti ſuppeditavit equum, unde poſtmodo ex Abspurgenſi Comite Cæsarem evaſiſſe non immerito innuitur.

DISTICHON.

Austriadum (*ſic fata ſinunt*) *Venatio quomdam*
Principium Imperii, Finis & ipſa fuit.

HUIC SUBSEQUITUR PRÆSENS DISTICHON PRO ENUNCIATIS PUERPERIIS.

Non tamen hic finis, ſi jam Fæcunda Theresa
Principium exorſa eſt, ac ſine fine, novum.

PRO

PRO TERTIO LOTHARINGIO
AUGUSTO NASCITURO INFANTE
PROUT MAXIME IN VOTIS EST ULTRAQUE PLURES EXPETIMUS,

Jam nunc Genito per hypotheſim Inaugurato.

Proluditur Imperatoriæ TRIUM FILIORUM Conceſſioni antiquitus apud Romanos frequentiori, unde Jus TRIUM dicebatur.

EXASTICHON.

QUod prius ac aliis CÆSAR *donare ſolebat,*
Nunc Jus Natorum vere habet ille TRIUM;
Acquiſivit enim non Principe, Numine dante:
Perfectum o Trinum, veraque Imago Poli!
Invideat Saturne tuis quis poſtmodo Natis?
Tergeminos equidem procreat Iſte Deos.

AD

AD CAROLUM VI. IMPERATOREM, UTI TERTIUM,

TUNC CUM INTER HISPANOS BELLO SÆVIENS DEGEBAT.

ANAGRAMMATICUM OMEN PER NUMEROS MAIORES.

PROGRAMMA.

444. CAROLUS 584. TERTIUS ——— 1028.

300. TU 442. VICTOR 286. IMPERABIS ——— 1028.

EXASTICHON.

Ercipe PERCIPE CÆSAREI PROLES AUGUSTA TONANTIS,

Quod Tibi grande Tuum Nomen, & Arma canunt:

CAROLE TU VICTOR *Sceptro potieris Avito,*

IMPERIOQUE *Tuo ſubdet Iberus aquas.*

Ergo ferox pugna, contraque audentior ito,

Sic quæ dat Nomen bellica geſta dabunt.

AD

Digitized by Google

AD MAGNUM ETRURIÆ DUCEM

DUM UNDIQUE BELLIS CIRCUMSEPTUS IMMUNEM SERVABAT ETRURIAM Anno 1708.

PROGRAMMA.

463. 584.
COSMUS TERTIUS————1047.

513. 69. 465.
HETRURIAM PACE GUBERNANS.——1047.

EXASTICHON.

Ceu cum præcipites nimbos agit æther, Olympus
Lumine lætatur candidiore frui;
Sic Tu COSME, *Etruriam adulta pace gubernans,*
Ocia largiris, dum fera bella tonant.
Rhenus, & Eridanus jam cedere cogitur Arno,
Provida cui præſunt Numina tanta modo.

Digitized by Google

PRO EJUSDEM CÆSARIS
TER OPTIMO, PROBATOQUE REGIMINE
Sequens hîc refertur, ac apponitur.

EPIGRAMMA.

EMinet Ingenio FRANCISCUS, *mente profundâ*
Librat & Imperii commoda lance pari.
Nil præceps peragit, nil ſtricto fulmine, cuncta
Cunctando prudens perficit, atque morâ.
Sic bella elidet, ſic eliditque cruentas
Clades, ſic Terras Pax, Populoſque beat.
Dat junctus MARIÆ *gemino parelia Sole,*
AUSTRIADUMQUE *valet congeminare jubar.*
Æterno dignus plauſuque, ac nomine, jure
Additus AUSTRIACIS AUSTRIUS *Aſtra petit.*
Martia ſit liceat virtus: Qui Regna tuetur
Mente Sagax ille eſt CÆSAR, *& ille Pater.*

ACCE-

ACCEDUNT ATQUE HIC COPULANTUR

ALIQUOT PAUPERRIMA JUXTA SUI DOMUSQUE VIRES

PIERIDUM MUNUSCULA

QUÆ ADHUC INÆDITA

UNICUIQUE E SACRA AUGUSTA

CÆSAREA FAMILIA

IDEM AUTHOR NIMIS AUDENS HUMILLIME

D. D. D.

Audacia quidem ſummus, Obſequio major, Viribus infimus

ANIMO TAMEN, ATQUE ANIMA
ERGA CÆSAREM MAXIMUS.

DISTICHON.

Carmina, cui nulla eſt, ſeu rara Pecunia, donet:
Carmina donantis pondera cordis habent.

Ad mentem Martialis.

Digitized by Google

Digitized by Google

AUGUSTISSIMO ROMANORUM IMPERATORI

FRANCISCO PRIMO

EJUSQUE SACRO IMMORTALI NOMINI

HUIUSMODI VOVETUR

DE PRISCA PISTORIENSI MONTANEA
CARMEN EPISTOLARE.

Tale ad captandam proprietatem effingitur unde conveniens contingat allocutio, prout ſequitur.

MUNUSCULUM PRIMUM.

DISTICHON.

F*As audire jocos, levioraque carmina* CÆSAR,
Sit Tibi, ſi luſus ipſe triumphus amat.

Martial.

Digitized by Google

PATRIO AMICO DULCISSIMO.

CARTOLUS EUSTACHIUS ſic Kere & verba rependit.
Idibus exactis tibi quæ ſermone ſoluto
Conſcripſi tenui calamo perſæpe latino
Grata tenens, accepta magis fore dicis habenda,
Si quid de Patriâ tenui meditatus avenâ
Concinerem verſus aliquot de more Cicadæ.
Sic juſſus patiare precor, tibi carmina ſumpto
En tibi quæ calamo folio reſcribo ſequenti.

ARGU-

Digitized by Google

ARGUMENTUM.

ANNIBAL *in Tuſcos, cæſus Catilina refertur,*
Poſtumius fractus, Lentulus hoſte minor,
Quotque vias noſtros per montes Tuſcia novit,
Quæ nos in Gallos ire redire dabant.

ANNIBAL Heſperias dederat jam Claſſibus oras,
Romanos conſtans animo vel perdere bello,
Aut ipſe audacter tanto ſub munere perdi.
Totam cum Roma Italiam ſuperare ſuperbam
Marte agitata ſuo nimio mens illa ferebat:
Non aliter fatis ulta Patris fera damna revolvens,

Quam

Digitized by Google

Quam domitis illis reliquum confringere mundum.
Talia præ Aris jam vovit bene ſanguine potus.
    Sic Alpes, Galloſque celer tranſgreſſus ad ima
Teſini, & Trebiæ conſedit flumina, & illa
Romuleo ad ripas complevit ſanguine pugnans.
    Impiger in Tuſcos hinc tranſtulit agmina, in ipſos
Deſcenſum nactus qua nunc Piſtoria Montes
Jactat, & extollit ſe Nubifer Appenninus,
Quos proprio haud merito contendit nomine dictos
Urbs præſens, fortaſſis erat quæ nulla locata.
    Illam nec Plautus meminit, tantummodo gentes
Æquivocè ad ſcænas adhibet, luditque jocosè,
Prandium ut inſtituat, nequaquam ut milite vero
Agmina componat; Genera & quamplura ſub ipſis
Enumeranda refert, ut nunquam conſonet Urbi,
Sed tantum Populis, qui multo germine fortes
Vicatim indomiti tali ſub voce vigebant,
Addicti Feſulis *, quarum pars maxima Regni
Occaſum verſus fuit hæc contermina Tellus,
Unum Lunæ olim, aut Lucæ diſcrimen habenda,
Gallorum quamvis, Ligurumve obnoxia Genti,
Cui ſtetit unda frequens pro Tuſcis Finibus Arni.
Sic memorat Campos, nunquam Saluſtius Urbem.
Ullo nec calamo deducta Colonia fertur,
Æquave Romanis, aut his infenſa ſuorum

Caſibus

* *Prima in Feſulis ex neceſſitate brevis, & ſic in poſterum.*

Caſibus emenſis tot jam diſcrimina rerum,
Quæ ſociam Fati traherent per faſque nefaſque,
Sæpius Etruſcas in gentes Marte furente.

Hanc unam tacuiſſe velint nec credere dignum
Scriptores Urbem, circum ſi cætera pandunt,
Cunctaque Tuſcorum pro = contra fœdera narrant
Pro rerum vicibus toties iterata ſub ipſis:
Plurima & ex calamis Feſularum nomina paſſim
Occurrunt, Lucæque ſimul non mentio rara,
Prætеritis noſtris mediis omnimodo muris,
Civibus atque unâ, quando tamen arva recenſent.
Quod bene perpendas, ne te mendacia captent.

Totus enim ſuperus fuit hic cognomine eodem
Dictus *Ager* Tuſcâ quomdam, vel voce Pelaſgâ;
Namque *Fidele* ſonat *Territorium* ultima, vere
Oſtiolum Montis, ſeu *Portam* perſonat illa.
Unde etiam ad præſens ſublimi a vertice Montis
Præcipuus deſcenſus adeſt, qui *Porta* vocatur
Franca, ſed ipſa prius quam *Franchi*, *Gallica* dicta,
Quomodo nunc *Caſtrum Francum* denominat ætas
Urbani ad Vallum, *Panaro* nec procul amne,
Gallorum Forum quod jam fuit ante vocatum;
Tam bene cum propriis reſpondent nomina rebus.

Extant & plures aditus Majoribus olim
Exciſſi nimio ferro, nimioque labore,
Qui breviore via Tuſcos, Galloſque viciſſim
Ire redire dabant propiora in commoda Regni,

Sed

Sed prærupta nimis jam tot labentibus annis
Stratorum, aut Ferri vix nunc veſtigia ſervant.

At viſuntur adhuc, jam nunc Peditesque Equiteſque
Hinc inde ad libitum pro tempore pergere præſtant.
Mitius hîc etenim juga ſeſe attollere, & Alpes
Subſidere inde magis, quam nullibi ſponte videntur
Unde etiam vel ſtricto hyeme hinc tranſcendere ad ima
Vel revocare gradum, ſuperaſque evadere ad auras
Non opus, aut labor eſt, facili ſed calce tenemus.

Caſſia præſertim via tunc disjuncta per iſtos
Serpebat Montes, idcirco ad *Caſſia* vulgo
Dicitur haud locus unus, *Caſareſe* deinde
Alter, & hinc alter nunc *Caſſiurana* vocatur.

Claudia ſic pariter, necnon Aurelia ductæ
Nos breviter tranſiſſe dabant ad Gallica rura,
Quapropter celebrata fuit Piſtoria Tellus
Teſte Antonino Gallorum tranſitus olim.

Hâc, non ex Piſis, vel Cluſentina per arva
Deſcendiſſe putes Pœnos; ſibi ſomnia fingunt
Qui adverſi credant: ſic nos docuiſſe videtur
Livius, Annibalem calamo qui tradidit amplo
Tunc *petiiſſe viam propiorem*, ita nempe locutus
Non aliter Montes, quam noſtros innuit ore.

Tempeſtate etenim per Piſas nulla dabatur
Tunc via; per ſaltus duxit Sempronius illam
Poſterius longe Lunam uſque & Flumina Macræ,
Quam dein abſolvit ſtratam cum nomine Scaurus

Ad

Ad Superum verſit Cannenſia funera poſtquam
Romulidis celebranda dedit, ſic ipſe Polybus =
= Ingreſſas poſt Heſperias tunc primitus, inquit,
= Ad Mare conceſſit: non Piſis ergo propinquus
Conficiebat iter, vere at longinquior ivit;
Romanas Claſſes ut cautè eluderet, illis
Ipſe carens, juxta mare quæ ſibi tuta pararent.

Invia tunc pariter juga Cluſentina manebant,
Per quæ Flamminius Gentes traduxit inexpers,
Aretina quidem ſub mænia Primus in hoſtem,
Sed fædè ad ripas Traſimeni cæſus ab hoſte.

Nec ſi parte ferox tunc contendiſſet ab illâ
Quâ Feſulas ſicco poterat deſcendere calce,
Conſulis aut pariter velox deprendere caſtra,
Impatiens quaſcumque moras obrumpere in illum,
Offendiſſet aquas Arni, lataſque Paludes
Noſtrâ in planicie partas, Floræ undique circum,
Piſtorum & lætos Campos prohibentibus undis,
Cum quibus ad plures noctes luctatus in armis
Attamen emerſit tandem, ſed lumine captus:

Sic Getula Ducem portabat bellua luſcum
Sic ipſe a noſtris tranſgreſſus Montibus Heros,
Litanæ Sylvæ qui nunc pro finibus adſtant,
Cutiliique ſimul, Marcelli & Caſtra coronant.

Nec mirum, meminiſſe juvet ſi cætera fando
Quæ bene tu noſti; ſed jam meminiſſe licebit.
Non equidem cunctas cædes hic promere cantu

O Mens

Mens eſt, quas inter Ligures, Galloſque viciſſim
Romanoſque ſimul collapſa in ſæcula narrant,
Quæ noſtris tribuenda locis bene pleraque calles,
Et nimium exquirunt Carmen, ſic concitâ avenâ
Nulla tibi de tot referam, paulumque morabor,
Si tantum memorare ſinas, quod Lentulus iſtis
Montibus obſeſſus Conſul ſua funera ſenſit,
Everſoſque ſuos, deletis undique Caſtris,
Dum Gladiator ei Dux Spartacus intulit arma,
Quæ Mutina haud longe ſenſit quoque Caſſius alter,
Unde tuum ſervare ſolum nunc uſque videmus
Nomen, & hinc vulgo vocitatur *Lentula Vallis.*

Eſt ager hic ſuperus conterminus undique Montis
Culmen ad extremum, facilis quâ Gallia aditur.
Cernit Meridiem facie, partimque ad Eoas
Vergit, terga gerens Boreali innoxia vento.
Circumductus agit paſſus ad millia quinque
Explicat & multo fruges ex ubere Terræ;
Dixeris inſpiciens inſtructum Martis in uſum.

Hîc acies firmat Conſul, Caſtriſque locatis
Latronem ſolerti animo conſedit in hoſtem
Ne ad Gallos fugiens Latias evaderet haſtas:
Sed pugnâ fatis confertâ prorſus iniquis
Hîc miſer occubuit, ſi Flori verba notentur.

Quod probat argenti, nuperque Numiſma repertum
Sub glebis, patriis effoſſum forte Colonis,
Præ multis actis annis hinc inde revulſis,

Cui

Cui ſculpta effigies primâ pulcherrima Romæ
Stat facie, adverſa legitur Gne-Lentulus infra,
Muſeo aſſeruo non inter vile decora.

Poſtumius properans Patriæ jam longius ante
Suppetias Romæ perferre, ejuſque periclis
Extremis equidem Cannenſi a cæde receptis,
Bojorum inſidiis captus, ſagoqne manente,
Sed nimia implicitus çonciſâ ex arbore, & omni
Ex parte in ſeſe labentibus undique truncis
Obrutus infelix tanto diſcrimine ad unum
Litanam ad Sylvam ſe perdidit, atque Cohortes:
Et ſua pro ſacris adhiberunt Crania Galli,
Dicitur inque diem *Lizzanum* voce retentâ.

Quo minime diſtans ad quædam Fluminis arcta
Nomine Verdianæ, quo ſe declivia ſolvunt,
Et veteris Pontis, memorat quem Livius ipſe,
Maxima cernuntur vivo veſtigia ſaxo,
Cluſia Gallorum dicta eſt, facinuſque revelat.

Dextrorſum *Caſæ Ferræ* quaſi nomine priſco
Appellant ſpacium quoddam, quo templa, ſacraſque
Scis Ædes habuit nemorum Feronia mater,
Livius & memorat non longè immane ſacellum
Religione Patrum multos ſolemne per annos,
Crania Poſtumii cui tum ſacrata fatetur,
Aſt hodie viget in Sylvam, tantæque ruinæ
Semiſepulta Patent oculis vix maxima ſigna.

Præterea incumbit locus alter deſuper iſti

Mille ſere ad paſſus veteri cognomine dictus
Nunc *Canta-Galli*, nam ſic fraus Gallica ſignum
Compoſuit Truncos ad certum impellere cantum,
Stans nemus ut præceps rueret pro tempore eodem,
Quod nimis evaſit pro votò cæde peracta.

Omnibus hiſce locis Caſtrum *Lanciſa* ſuperſtat
Qua declive ſolum per montis terga recurrit
Tunc nemore ex cæſo tali cognomine dictum,
Cunctaque de caſu nobis veſtigia præſtant,
Ut doceant ſtulte credi mendacia vocis,
Præfata ad Caſtrum = Lugum quæ murmure inani
Eveniſſe refert, ſed prorſus inania jactat;
Quapropter tu firma tene documenta relata,
Remque ſinas credant alii diverſius actam,
De quâ nulla tamen promunt documenta relicta.

Nec ſemel, aut uno maduit locus iſte cruore,
Nam nec inulta diu paſſa eſt tot funera Roma,
Sed bellis cum Afro exactis, jam vindice ferro
Undique collatis Aquilis majora parantur
Prœlia cum Gallis, Sylvam fractoſque ad eamdem
In nihilum Bojos iteratâ cæde redegit;
Clarior unde novo celebratur ſanguine Sylva,
Nobilitatque ſui primordia nomine adepto.

Longius hinc modicum, multum poſt temporis ævum
Extremum Catilina diem, clauſitque ſupremum
Ambitionis opus, dubiis male fretus in armis,
Antonii at pejus ſub ſpe fruſtratus inani,

Dum

Dum nimis eſſe fidem ſervandam credit ab illo,
Cui rem, conceptoſque animos patefecerat ante,
Sic Celeris nimium veritus, non Conſulis haſtas
Tali ſe fidit, ſortemque libentius hoſti;
Sed Marte adverſo tulit impia, & ultima belli.

Campus adeſt, ubi tanta fuit ſibi parta ruina;
Planicies, inquam, cui prominet aſpera rupes
A dextris, Montes adſtant è parte ſiniſtrâ,
Undique concluſa ad paſſus ſe mille revolvit,
Ac ſi Naturæ pugnis præſtare fuiſſet
Mens hilarem Campum, quo Martis jura gerantur.

Hæc reſidet mediis ſummis a Montibus arvis,
Montano veluti gremio, procul inde parumper
Undas Rhenus agit, ſapiens queis Felſina gaudet,
Quaſque ſecus Catilina fugam meditatus abibat
In Gallos, Aquilas ni tunc timuiſſet ad ima,
Edoctus Celerem deorſum caſtra locaſſe
Picæno ex Campo, Turmis prohibere paratum
Ne diſcenſurus petat arva, aut Gallica regna.

Sed male conſuluit ſibi, deteriora ſecutus,
Atque nimis cautus nil magnis obtinet auſis
Quam ſceleraſſe ſuum civilia claſſica Nomen.

Pons-Petri huc ducit, per quem Petreius arma
Intulit in profugum mediâ nunc voce minutâ,
Conſiliumque malum dicunt *Campumque Tizorum*
Circumplaniciem, ſibi quod male providus ipſi
Conſuluit, nec buſta minus dedit igne cremanda,
E quibus elatis flammis, ſtruibuſque peruſtis,

Solve-

Solvere quo ritu ſueverunt juſta Quirites,
Eſt locus incenſus merito pronomen adeptus:
Ut docet Olla frequens cinerum perſæpe referta,
Aut inventa ſimul non pauca inſignia belli,
Quæ nos cuncta monent Marti inſeruiſſe cruento

Credere nec datur ad ſuperi tunc culmina montis
Perveniſſe Duces, totis ac viribus illic
Conſeruiſſe manus, quod jam Saluſtius inquit =
Qua deſcenſus erat = verè ſed partibus iſtis
Convenit, è quibus inflexo cum gurgite Rhenus
Ad mare contendit ſuperum, ſic ima dehiſcunt
Montis ibi in Gallos latis præ faucibus ora,
Unde ſuas unum hoc noſtra inter flumina flumen
Illuc vergit aquas, quod mirum dicere præſtat.

Hoc duce deſcenſus Naturæ munere pronus,
Pervius atque patet, facili minimoque labore
Conficitur, quævis perſtringant frigora terram.
Cumque alii rigeant aditus perſæpe vacantes
Præ glacie, aut nivibus, nunquam tamen ipſe vacabit,
Sed ſtrictâ in promptu eſt hyeme, teriturque viciſſim.

Talem deſignaſſe fugam mehercule credes
Mente fere certâ, brevior cum tranſitus adſit
Iſte Ciſalpinus præ mitior omnibus unus,
Primus & offenſus Picænis noſter ab arvis
Si adventaſſe velis, ſolers Celer unde reſedit
In properantem ſub montis radicibus ipſis.

Conſtitit hinc Profugus, facie converſus in hoſtem
A tergo inſtantem, cum quo bella horrida bella,

Quæ

Quæ potuiſſe geri non firmius ullibi dicas,
Omnia contigerint cum nondum tempore verno,
Quando torpet iter ſublimia ad uſque petenda.
Nec tantum aſcendiſſe putes utriuſque Phalanges
Cum pariter nobis primum ſe præbeat, iſtuc
Si Feſulis libeat montano accedere greſſu.

Hic prope, ſed modico decurſis tempore ſæclis
Oranges Princeps, cui Quintus Carolus arma
Jure dedit ſupero, ac acium conceſſit habenas
Ferrucio occurrens, dum Florentina parabat
Mænia ab Hiſpanis armis obſeſſa levare,
Opprimit aggreſſos, ac funditus agmina cædit,
Sed propriâ fædant Ductores morte Trophæum,
Cavinana rubet quo parto ſanguine Caſtrum.
At devicta ſuos ſenſit Florentia caſus,
Læta tamen Medices tantas reparaſſe ruinas,
Veraque libertas viſa eſt aſſerta per ipſos.

Orangis caſum cecinit jam Varchius auctor
Sic deflens = Ictu glandis trajectus aënæ
= Quo Catilina loco pœnas dedit impius olim,
= Infimus ut miles primo cadis impete, & illa
= Illa tua in tenues ſpes tecum evanuit auras.

Firmius unde tenes patrati Martis agonem,
Quo prius ancipites ſummo diſcrimine in unum
Conflixere Aquilæ, piliſque minantia pilis,
Romaque erat pretium tanti non vile laboris,
Aut aſſerta malis, Civili aut præda furori;
Hinc vinci grave, non modicum ſed vincere turpe.

Omiſſis

Digitized by Google

Omiſſis aliis, tantum hæc ſi pauca revolvas,
Jure licet dicas cum Præceptore Marone =
= Bellis hic locus, hîc acies certare ſolebant.

Arcibus hoc propter ſparſim munita videntur
Hæc juga, turrito quas miras vertice ſervant,
Semirutas quamvis, nimia vel parte cadentes,
E quibus in Gallos tunc propugnacula dicta
Hæc loca, ab indigenâ ſemper defenſa fideli:
Sic non immerito ſortito nomine pollent.

Nec temere dixi = Indigenis habitata Colonis,
Nam poſtquam evaſit Mundus pluvialibus undis
Auſoniam fert fama Noe petiiſſe repertam.

Sedibus hîc natis inſtructis, inde Nepotes
Incoluiſſe prius Montes, non ima docemur,
Aëre non potius, quam ne diſcrimina nimbi
Experirentur adhuc nimio ſemel acta periclo.

Primos excepit profugos Etruria mater,
Unde tuliſſe putes hos prima Mapalia Montes,
Qui nunc humano mire tam germine pollent
Frugiferæ haud tantum Sylvæ, quam munere glebæ.
Primitus atque viris complebant robora belli,
Ductoreſque dabant majora ad munia Martis
Prout ex Virgilio ſapies ſatis, atque Strabone
Aſt Avi tantum valuit mutare Vetuſtas.

Claudo jam rivos, leviter ſi prata biberunt,
Tu magis aſpergas quæſo, æternumque valeto.

AD

Hæc omnia luculenter, atque Italico pertractavit ſermone, Me inſtante, Compatrius meus Dominicus Cini *in Opuſculo nuper Florentiæ edito, cui Titulus* = Oſſervazioni Iſtoriche ſopra l'antico Stato della Montagna Piſtojeſe, ec. = *Unde apud ipſum videndæ fuſius probationes, atque authoritates, quæ hic modo brevitatis ergo omittuntur.*

AD EUMDEM CÆSAREM
EXASTICHON ANAGRAMMATICUM
PER NUMEROS MAJORES.

PROGRAMMA.

FRANCISCUS LOTHARINGIUS —— 1136.

Hoc *bodie primus Germanię* Nomine* CĘSAR: — 1136.
Nomine nil ſimile carius orbis habet. —— 1136.
Orbis ades Cælo ſpes magna, ac alta periclis, — 1136.
Ęternos annos em Tibi Fata parant. —— 1136.
A' ne cede malis, A' contra audentior ito, —— 1136.
Sic eris ac tanti ob Conditor Imperii. —— 1136.

Qui Hætruriæ Magnus —— 1136.
Ecce nunc Germanię Maximus. —— 1136.
O hîc omnium Rex Regum, —— 1136.
O totius ac decus Orbis. —— 1136.

P DE

* Præ anguſtia, & per ſyneresim Triſillabum, juxta Scalam, pagina 13.

DE TALI SCABRA CONSTRUENDI METHODO.

EPIGRAMMA.

Eſt nova, nec minimo res conſicienda labore
Metrica per numeros carmina vincta dare.
Quàm durum ſervare modos, legeſque biformes,
Altera dum rejicit quod bene prima ſinit!
Littera ſi currit, Numeri plerumque repugnat
Menſura, hæc eadem ſi fluit, illa negat.
Supremo at quando res eſt de CÆSARE, *cuncta*
Ardua CÆSAREO *Numine plana fluunt.*

SUPRE-

Digitized by Google

SUPREMÆ REGINÆ

MARIÆ THERESIÆ

&c. &c. &c.

NEC NON IMPERATRICI AUGUSTISSIMÆ

HOC HUMILLIME SACRATUR

CENTENUM CARMEN

PRO CONCIONE IN HYPOTHESI

DE PASSIONE DOMINI.

MUNUSCULUM SECUNDUM.

TETRASTICHON.

Perlege tu Lector; recolas Tu *Celſa* Theresa,
Intus quæ vivo pectore ſculpta geris.
Funera præcipue hæc retulit, ſubiitque libenter
Dum Te ſervatam de Cruce ſenſit amor.



Digitized by Google

IN CARMEN PROLOCUTIO.

BArbara adinventi ſileant miracula lætbi,
Corpora quo vivis mortua juncta dabat.
Tyrrhenus quondam Mezentius, ipſa Neronis
Funera Barbarie juſsa ſilere juvet.
Ecquid adhuc reſtat truculentius inde doceri?
Addiſcas CHRISTI *funera, & invenies.*
Interea lacrymas pudeat probibere legendo;
Parta Homini eſt tanto Funere, Vita, Salus.
Oh Divina Salus, Divina oh reddita Vita
Nobis heu, miſeris, exanimiſque Viris!
Queis operæ-precium tantum fuit inde renaſci,
Indigena ut Cœli par videatur Homo.



CAR-

CARMEN CENTENUM.

TEmpla ſilent exuta ſacris ubicumque Trophæis;
En deſunt pia thura focis, Altaria ceſſant,
Cælicolum triſti latitant ſub tegmine vultus,
Nec Venetæ circum perſtringunt lumina ceræ:
Ipſa ſacellorum facies externa receſſit.
Turribus æra ſacris diuturna ſilentia ſervant,
Tempora nec promunt ictu articulata ſonoro.
Lignea vox tantum dentato murmure frendet,
Mæſtaque funereo præconcinit ore Sacerdos:
Omnia portendunt extremum luctibus omen.
Interea Damon roſtris ſic orſus ab altis:
Ingens, immane, horrendum facinus! DEUS *ipſe*
Infando occurrit deprenſus funere morti.
Jam ſubit illius triſtiſſima noctis imago

Quæ

Quæ Tibi Nate Deâ, divino & ſemine præſtans,
Semper honorata, at nobis heu ſemper acerba
Ultima deceſſit ſupremum tempus in orbe.
Non tacuiſſe nefas: Intenti en ora tenete,
Vera loquar, nec vana fides, procul eſto Profani.
Gethſemani ſleterat vix JESUS *pronus in Hortis*
Proſſima per noctem volvens diſcrimina læthi,
Sed magis hæc inter manet alto corde repoſta
Una ſalus hominum, ſpretique injuria Cœli;
Manante idcirco (ceu ſudor) Sanguinis imbre.
Vixque precata PATREM *fuerat mens certa futuri*
Siſteret ut Calicem, noſtræ pro munere vitæ,
Quem ſitiebat Amor potandum prorſus ab ævo;
Cum ſubito ſcelerata Cohors velut agmine facto,
Judæ ſub ductu per amica ſilentia Lunæ
Inſontem rapiunt manibus poſt terga revinctis,
Abductumque trahunt immani Præſide coram.
Hic jubet innocuos nudari veſtibus artus,
Verbere inexhauſto centena ſubire flagella.
Laſſantur plures tali ſub munere virgæ,
Plurima laſſantur repetito brachia fuſte.
Vulnera verberibus deſunt, ad vulnera ſanguis
Deficit, innumero cutis ipſa furente flagello
Summa, vel ima novos nulla eſt quæ ſentiat ictus:
Semper cæde novâ cumulatâ in cæde Tyrannis.
Quo facto ecce jocoſæ indutum murice lanæ,
Spinarum horrendo redimitum tempora ſerto,
Sordibus, obſcænâ conſperſumque ora ſalivâ,
Regis arundineâ mentitum cuſpide formam
Oſtentant Populo ad riſum, riſuque ſoluto
Plebs inſana, furens, ullâ vi neſcia flecti

Compo-

Compoſito rumpit vocem, ſenioribus ipſis
Incenſos animos urgentibus ore minaci
Vociferare Crucem: Reboans furit undique murmur
Vox iterum geminata Crucem crudelius optat.
Talibus hinc Judex trahitur per inania votis:
Inconſulta ruit magnarum maxima Cauſa,
Cauſa DEI, *non tantum hominis; ſic legibus omni*
Conatu exciſſis, per diræ oracula chartæ
Clamatæ obiicitur morti damnante Pilato.
Hinc exaudiri plauſus, palmæque ſonantes;
Pars adeunt Sylvas, ſtudio pars altera eodem
Fervet inacceſſi perluſtrans culmina montis
E quibus in ſummum facinus cita ſeligat ulmos.
Præceps interea Quercus devolvitur alto
Sollicitaſſe trabem gaudentibus undique turmis.
Haud mora: conſtruitur bifidum de robore Lignum,
Imponunt humeris Calvaria ſumma petentis,
Ponderibus compreſſa flagris ac terga laceſſunt.
In ſua damna ruit tanta ſub mole fatigans:
Procumbit quoties, toties in verbere ſurgit,
Reptat humi, datur ire manu, laſſiſque lacertis
Non greſſu offendens jam ſaxa, ſed ore voluto.
Vicit iter durum Pietas, victorque viarum
Denudatur adhuc, clavo confixa trabali
Cogitur inde pedes, hinc brachia nubere Ligno.
Quod ſuper extollunt ſublimi in vertice Montis,
Latroneſque duos medium prætollitur inter,
Eminet ac trino conſcripta idiomate Cauſa,
Voce ſonans Graia, Judæ ſimul, atque latinâ =
= HIC Judæorum eſt Rex NAZZARENUS JESUS.
Horrendum viſu! quæcumque foramina novit
Humor,

Humor, ab his largus manat cruor, ora redundant,
Et patulæ Nares, labor ultimus, omnia plenis
Membra fluunt venis, totum eſt pro vulnere corpus.
His ubi permanſit ternas cruciatibus horas
Guttura adhuc ſitiens & aceto & felle refectus
Semper agens animam, tandem ſub morte quieſcit.
Nec ſatis inde mori fuit huic, nec ſufficit una
Mors illis, quæ viſa parum, ni cuſpide longa
Tranſiliant pectus; magnum poſt funera funus!
Quæ dum contingunt totus confringitur orbis,
Deficit ipſa dies, ſenſit quoque funera Titan.
Sydera præcurrunt, nox ingruit atra per orbem,
Plurima conſurgunt colliſis oſſa ſepulchris
Corpora præ terris ſponte eructantibus urnis.
Proh ſcelus, atque nefas, ſcelerum genus omne nefandum!
Sic lacrimans fatur Damon, queis vocibus ipſa
Templa putes plorare ſimul tam concitus implet
Arrectus populus magnis ululatibus auras.
O felix Orator, ineſt cui tanta loquendi
Gloria, tam pleni moderandi fræna theatri!
Nam moriente Deo *tantum natura movetur,*
Te dicente Viri in fletus præcordia ſolvunt:
Horum quid majus ſit nunc ego dicere deſim,
Tu Natura ſile, tu pergas dicere Damon.



AD

DOMINICO SEPULCRO
SEQVENS APTATVR INSCRIPTIO.

CONSEPVLTVM HIC OLIM DEVM
SI NIMIS ANXIVS EXPLORAS
NON EST HIC SVRREXIT
PELICANVS IN CRVCE IN SEPVLCRO PHAENIX
MORTVVS SIMVL AC REDIVIVVS.
TAMDIV IACVERE HIC EIVS EXVVIAE
QVAMDIV EXVVIAS RAPERET INFERORVM.
TRIVMPHALIS QVAMVIS TRIDVANVS HIC SOMNVS FVIT
OPEROSA QVIES PALMARIS SOPOR.
VENERARE HOC HOSPES IN TVMVLO
NON CINEREM NON PVLVEREM
AT VERE IVBAR EXTINTI NVMINIS.
OLIM QVEM TAMEN EXTINCTVM
MARIAE TRES NON INVENERE PERQVIRENTES
QVAM BENE NVNC ILLVM VNA TANTVM MARIA
AVGVSTA SCILICET THERESA
VERA AC SOLLICITA PATIENTISSIMI NVMINIS ASSECLA
INTENSA MENTE QVOTIDIE HIC REPERIT PERSPICACIOR
CORDE HIC ADORAT COGITABVNDA
HIC ANXIA QVIESCIT
INTEGRAQVE HIC ANIMA CONTVMVLATVR
ITA TAMEN VT IPSA QVOQVE
DEMVM CVM RESVRRECTO CONSVRGAT.
FIAT INTEREA ET HOC VTINAM
PROVT VNVM IN VOTIS EST
NEC VTIQVE CITRA SPEM
VT DEO DVCE MARTE COMITE
PROPRIIS CONFISA VIRIBVS
ALIQVANDO CONSEPVLTA SEPVLCRVM AGGRESSA
ILLVD SIBI TOTVM ARROGET
NOBIS COMPARET
CHRISTIANO SIMVLQVE ORBI VNIVERSO
VICTRIX VINDICET
GLORIOSA OCCVPET
PIA REPARET
SEMPERQVE MAGIS EXALTATA
IMMORTALIS RESTITVAT
SIC IPSA QVOQVE DE SEPVLCRO TRIVMPHANS.

AD EAMDEM AUGUSTISSIMAM ATQUE CÆSAREAM CONJUGEM
CANTIO METRICA ANAGRAMMATICA PER NUMEROS MAJORES

PROGRAMMA.

IMPERATRIX THERESIA——— 972.

GLoria digna nites, alti jam Cęsaris alma —— 972.
Nempe ac magna ſalus, Delicięque Dei.—— 972.
Hîc ſi regna geres, dicas hîc infera; In altis —— 972.
Nam majora dein Sol tibi ſerta dabit.——— 972.
Pręparat arca Dei en celſi faſtigia Caeli,——— 972.
Ipſa locanda tibi hęc detinet alma Themis.—972.
Mira ecce Imperii geſtas Diademata in orbe:—— 972.
Digna hęc FRANCISCI, Numinis inde Comes.— 972.

O præ-

O præſidium Cæli & Mundi———————— 972.
Venus alma en hæc cæleſtis,——————972.
Vera en hîc cęleſtis Juno,————————972.
Atque ſimul en Dea Pallas.——————972.
Salve o Dea Mundi fulcimen,——————972.
Nec eluctabile ah Imperii columen,————972.
Quod, o, erexiſti——————————— 972.
Virtute, ac merito,———————————972.
Inter exteendendum—————————— 972.
Uſcque in Antipodas,——————————972.
Sæcla & per ævi a' poſtera.—————— 972.
Alter ave Sol Europę,——————— 972.
Phœbe ac noſtri en etiam mundi;———— 972.
Ecce radias hîc lux orbis,——————972.
A' regnorum grande o jubar,——————972.
Reginarum ac permaxima.—————— 972.
Filia o Divum, Diva ac Mater,———— 972.
Vere magis Diva Sponſa,—————— 972.
En hîc inter Nuptas inclita.——————972.
Jam Dea, Regina, Princeps, Comes, & hîc omnia. 972.
Hæc Arni, ac Padi, Skeldæ, Moldaviæ, ac Iſtri——972.
Hîc amor, hęc ſpes, ac cura benigna, decor.—972.

Q 2 DE

DE TALI CANTIONE

EPIGRAMMA

VErba dare & pedibus, Numeriſque arctata negabat
Muſa inſuetam neſcia adire viam.
Detrectabat onus duplici perterrita nexu,
Altera quæ nuſquam vincla Thalia tulit.
Horrebat tentare gradum, callemque notatum
Præterito nullo ſive recente pede.
Nomine ſed MAGNÆ REGINÆ ALTÆQUE THERESÆ
Vix intellecto læta peregit opus.
Numine ſi tanto pollent ſua Nomina, quantas
Adderet ob vires Gratia, ſive favor!
Caſtalides valeant, valeat Choriphæus Apollo;
Prævalet Aoniis una THERESA Choris.

AUGU-

AUGUSTO REGIOQUE INFANTI

JOSEPH BENEDICTO

MAGNO ETRURIÆ PRINCIPI, &c. &c.

SEQUENS LEPIDA SACRATUR ELEGIS

DE VARIO TABACCORUM GENERE ATQUE USU

Quæ ad Amicum introductionis gratiâ
conſcripta confingitur.

MUNUSCULUM TERTIUM.

TETRASTICHON.

Magne, precor, PRINCEPS *non dedignabere, noſtra*
Quæ de Braſilio Germine Charta canit:
Quàmque ſuperba daret Terra hæc ſua fænora Mundo,
Si Tibi (& hoc utinam) Subdita præſtet opes!

AD AMICUM LUPUM.

EN, Lupe, me Hiſpano donaſti Pulvere multo,
    Largior & cumulas munera muneribus.
Braſilium pariter dederas non longius ante
    Contritum Germen, noſtra quod ora levet.
Hoc trahitur ductum per longa foramina avenæ
    Dum ſua paulatim funera ab igne trahit.
Ore retenta diu fumoſos leniter aura
    Prodit in efflatus, quos iterare juvat,
Congeſtæ donec ſtipulæ conceſſerit ignis
    Supremos cineres fictili in orbe latens.
Vel tu candenti e prunâ deduxeris illum,
    Flammave fortaſſis, ſive lucerna dedit.
Quin pariter Phœbi facies per vitra refracta
    Quæſitos operi præbet & ipſa rogos.

Cura

Digitized by Google

Cura ſit interea ne crebro ſpiritus actus
    Ignea confeſtim munera conficiat,
Aëre ſed lento, lentiſque efflatibus inquam
    Protrahe quam poſſis deſidioſus opus.
Utque magis ducas hilares ſolaminis horas,
    Sollicitent animum triſtia nulla tuum.
Depellas alacer nimias è pectore curas,
    Mens tibi tota vacet, cunctaque mæſta vetes.
Præterea minimam caveas glutire ſalivam,
    Tempore quæ tali ſæpe vorata nocet.
Nec facit ad ſtomaci robur vireſque juvandas,
    Quin fermenta magis laxat, & ima refert.
Cæcuba tunc abſint, abſit pariterque Phalernum,
    Quæ potata dabunt dein caput eſſe leve,
Sic male firma tibi mens nutans, poſtmodo circum
    Terra, Domuſque rotans non bene ſtare ſinent:
Captus at incerto vertiginis orbe fereris
    In faciles lapſus, ni pia Fata juvent.
Forſitan externam compulſus reddere cænam
    Invito nequeas ventre tenere dapes;
Ordine & implicito nullâ præcurret in ictus
    Lege tibi pulſus, nunc piger inde celer.
Palleſces vultu, ceu tactus imagine mortis,
    Tempore ſed modico mox redit alma ſalus,
Regia præcipue ſi naſo Lympha adhibetur,
    Aut quævis præſto balsama ſint alia.
Frigida potetur potius, quæ gutture partim
    Detenta inverſo protinus ora luet.

Seu

Seu Crater Calidæ fumans ex igne recenti,
Indica lenivit quam Faba coʃta ſimul.
Continuo hæc mentem firmat, nimioſque vapores
Compeſcens Vini diſcutit omne nefas.
Saccari adimixti pateram ſi munere dites,
Gratior, haud dubites, en tibi potus erit.
Non ſemel obſtructo deſiſtit avena meatu
Percipere, & fumum reddere ab ore viri.
Evenit hoc paſſim glomerato ex igne vapore,
Intus qui ſeſe fæcis ad inſtar habet.
Nil tibi deficias, nam ferri virgula adacta
Tunc per inane, rapit quod fuit ante moræ.
Hinc renovata brevi redit ad ſua munera canna,
Ducere tuque potes gaudia cæpta diu.
Fallere ſic tempus jam neſcia cæca vetuſtas
Invida quam noſtros vellet iniſſe jocos.
Pulvis adit nares, per quas tentigine dulci
Serpit, & è cerebro ſegnia plura ciet.
Stertuere unde datur non tantum ſæpe per illum,
Quam temerare ſuo lintea mille croco.
Hiſpalis hanc mercem deveʃtam liʃtore longo
Mittit, ab occiduis illa redundat agris.
Rara quidem noſtro, Populo ſed frivola fuſco,
Fænore cui tanto culta ſuperbit humus.
Sub celerem revocata molam bis, terque, quaterque
Quæ ſtipula ante fuit, jam modo pulvis adeſt.
Effugit Hiſpano tactum pars more ſoluta,
Vertitur in minimos pars quoque fixa globos.

R Nari-

Naribus hos adhibet potius Gens Itala, at uſus
Plurimus invaluit, quem dat Ibera Mola.
Huic roſa cum violâ, faciliſque maritat odorem
Flos quiſquis nares, herbave lecta juvat.
Pixide ſervari gaudet, quam Perſa, vel Indus
Verſicolor pinxit, fictili & arte dedit.
Aut quam permixto cælavit deſuper auro
Sequana, ſeu Tameſis nil minus ære potens.
Inſuper in precio Thecæ, queis maximus hæret
Intus honos, jaceat ſi qua videnda Venus.
Sive Cupidineos Arcus, Prolemque Cytheram
Dixtinxit minio Belgica docta manus:
Dumve Paris Divas oculo rimatus inerti
Jurgia perpendit, ſed magis urget amor,
Quo tandem victus quoque ſumma oracula pandit,
Pulchrior unde diù poma cupita tulit.
His æquè accedit nitidas quod curvat in urnas
Adria, multimodum quodque colorat ebur.
Cura tamen major, ſtudium eſt ſolerſque magiſtri
Capſula ne levibus ſtet referanda modis,
Nec quæ multifido connectit opercula morſu
Fibula laſſetur, pulvis & inde fluat.
Vulgantur pariter, precium ſed vile laborum,
Lignea quæ velat vaſcula tegmen ovis.
Quot profert gummas Pervana, vel Indica tellus
Solvere tot curat, miſcet & igne faber.
Glutine ſic nitido percurrit tegmina tota,
Illaque Perlucent vitrea ſi qua forent.

Nec

Nec tamen occultant maculoſo in cortice quidquid
    Ex auro impreſſit torcular in foliis.
Parva etiam inſervit, nec rara, Cucurbita longa,
    Cui patulus venter, colla ſed arcta manent.
Ænea multoties aptatur buccula in iſtis,
    Quæ ſubita ſurgit, comprimiturque vice.
Effundit compreſſa ſinu quod ſervat avaro,
    Detinet aſſurgens quod dabat ante libens,
Unde per alternos motus, prout juſſa, viciſſim
    Provida nunc profert, nunc ſua dona negat.
Quin quoque dat monitum, nam quando elata reſurgit
    Non tacito impulsu proditur illa ſuo.
Hæc hodie narratum cunċta parantur in uſum,
    Nec patet atque favet nunc magis urna frequens.
Hîc alter donat, donari hîc poſtulat alter,
    Sic exhauſta brevi pixis & urna vacat.
Tu tamen alterutras ſaturandas fœnore multo
    Præſtas, cumque tuo pulvere ſæpe vigent.
Heu quas perſolvam grates tibi tanta merenti?
    Quas nimias debent Naſus, & Ora ſimul.
Inveni = Naſus mihi ſtet, pro munere donem
    Ora tibi, in Cererem mitior unde ruas.

AD EUMDEM PRIMO-AUGUSTUM

CÆSAREUM INFANTEM

Metrica atque Anagrammatica Jnauguratio.

PROGRAMMA.

JOSEPH BENEDICTUS AB AUSTRIA—1164.

A' Dignus Imperii Succeſſor! ——————1164.
= Ah age, ſed lente fias Tu CÆSARIS Hęres, ——1164.
= Sic non inferior talia Sceptra geras.———1164.

SOLUTUM SEQUITUR EXASTICHON.

TAlia Sceptra geres, ſic Vates ſpondet Apollo,
Sic Nomen, Meritum ſic quoque ſpondet idem.
Nec fruſtra, nec vana loquar prænuncia Cornix;
Omina quæ latitant Numina dant fieri.
Adde tamen vultus, diuturnam ac adjice fronti
Caniciem, evadas tunc bene CÆSAR, *Ave.*

REGIO

REGIO-AUGUSTO

SECUNDOQUE AUSTRIACO

INFANTI CAROLO

PRÆSENS JOCOSA TRIBUITUR ELEGIS

De Curifugo (vulgo) *Scaccia-Penſieri*.

MUNUSCULUM QUARTUM.

TETRASTICHON.

NÆnia debetur Cunis, hinc MAXIMUS INFANS,
Nil Tibi diſpliceat ſomnifer iſte ſonus.
Parvos parva decent: Grandæus claſſica diſces,
Quæque Tibi reſonent parta trophæa Tubas.

Digitized by Google

Digitized by Google

DE CURIFUGO.

ARe ciere viros nolit dixiſſe Poëta
De inflexâ tantum dulce canente Tubâ.
Dulcius æs noſtras permulcet vocibus aures,
Murmurat ac nullus mitior ore ſonus.
Eſt opus hoc mirum divinâ Palladis arte
Inventum noſtris una medela malis.
Parvus, & exilis curvatur ferreus orbis,
Nec tamen occurrunt cornua nexa ſimul;
Sed nondum exacto gyro velut ordine recto
Producta aſſurgunt ceu paralella ſibi;
Inter utrumque latus ſervatur parvula rima,
Cui mediat Chalibis lingua retorta brevis.
Unum ex extremis inflexo firmius hæret
Gyro, ſic nutans cætera lingua tremit.
Flexilis hæc ſumma tractata ex parte parumper
Subſidit, ſubitâ tollitur inde vice;

Solli-

Digitized by Google

Sollicitata quibus repetitis ictibus urget
Aëra in alternum concrepitare melos:
Illi vis etenim haud deeſt elaſtica, cujus
Munere comprimitur, ſed redviva viget.
Correptis tantum labiis apponitur ori
Fulcimenta dabis dentibus ipſe tuis.
Contrahe ſed linguam, ne caſu ferrea læſa
In vitium vertat murmura juſſa manu.
Dextera pertractet dum læva incuſſa manebit,
Sic reſonas auras reddet & uſque modos.
Ex digitis quovis libeat tractare licebit,
Indicis at ſummi prontior uſus erit.
Cura ſit inde tibi quod anhelitus ipſe remiſſus,
Aut profugus promat quodlibet arte melos.
Si pariter longâ ducatur ſpiritus aurâ,
Sive brevi, hinc prorſus pondera vocis habes.
Tu bene percipias artem; modulamina mille
Mille tibi ad libitum murmura læta dabit.
Detineant quamvis centum tua pectora curæ,
Plurave ſollicitâ triſtia mente geras.
Contigit hoc unum miſeris tam dulce levamen,
Solamenque mali pendet ab ore viri.
Hoc reficit vires, reparat menteſque, animoſque,
Mulcet & humanos voce repente ſinus.
Hoc Puerûm, Juvenumque frequens bene fallitur ætas,
Ne faſtiditas ſentiat ulla moras.
Quin valet aut profugos, tardoſve reducere ſomnos,
Ordine quos longo vinciat alta quies.
Dirigit hoc etiam cantus, Cytaraſque, Lyraſque,
Et mota ad numeros brachia ſæpe ſuos.

Men-

Mentiturque audax clangores uſque Tubarum,
Agmina dum celeres proxima in arma cient.
Seu cum ſollicitant peditesque equiteſque furentes
Ire-redire viam, ſeu properare fugam.
Evocat e caſtris acies, pariterque receptum
Alternâ referens tympana voce canit.
In promptu eſt quoties jubeas, minimoque adhibetur
Conatu; quamvis tempora noctis eant.
Fæmina, virque ſimul nullo cogente Magiſtro
Edocti in tantum ſponte trahuntur opus.
Utitur hoc nobis quæ creſcit parvula Proles,
Sic quoque ego ſecum ſæpius ipſe trahor.
Nam quid ſolus agam, quâve infelicia perdam
Otia materiâ, ſurripiamque diem?
Non etenim vinum, nec me tenet Alea fallax,
Per quæ clam tacitum tempus abire ſolet.
Nec fortunati cruciat me inſania ludi,
Quo vexat Numeros Urna agitata frequens:
Nonaginta latet globulis ſors inſita, ab illis
Extrabit innocuus Nomina Quinque puer.
Binum, ſeu Ternum, Quartum, Quinumve petitum
Si dederit numerum, lucra cupita dabit.
Hinc læta, aut triſtis caſu Fortuna triumphat,
Dictus ab optando conficiturque jocus.
Adde Loci faciem ſtudiis, ſociiſque carentem,
Et quod iners hyemi ſæpe recurrit hyems.
Quid niſi Pierides ſolatia frigida reſtant?
Quam bene queis gracilis convenit iſte ſonus.
Dulce quidem ſtudium, per quod mortalibus ægris
Noctes atque dies dulcius ire datur.
CURIFUGUM *dicunt, nomen nec rectius ullum,*
Omnia dum noſtro triſtia corde fugat.
I nunc, & memores hominum præconcine Divos,
Munera ſi curant cœlitus iſta dare.

DE EODEM AUGUSTO SECUNDO INFANTE
CAROLO JOSEPHO

E quâ Numericâ Radice Anagrammaticè atque per ordinem eruuntur reliqua ipſius ſequentia Nomina.

PROGRAMMA.

CHAROLUS, ac JOSEPH ——— 678.
Cui nomen EMANUEL ——— 678.
Atque deinde JOANNES ——— 678.
Es NÆOPOMICENUS ——— 678.
Modo adde ANTONIUS ——— 678.
Hinc dic PROCOPIUS ——— 678.

Buctirum, Mel ——— 679.
Comedet Ipſe quidem, ——— 679.
Et ſic ac Bonum eliget, ——— 679.
Ac omne Malum Ille reiciet. ——— 679.

Hic modo, a', Tertium ——— 679.
Fratrem a Cęlo deſiderat ——— 679.
Ac alios, o', plures ——— 679.
Expectat: Ammen. ——— 679.

PRO TALI EXOPTATO PARTU.

TETRASTICHON.

SI Pater eſt Primus, ſi Tertius, atque Secundus,
Sic æquet Titulos Natus & ipſe Triplex:
Nec tamen hoc ſatis, at Frater Tua, CAROLE, *adæquet*
Nomina Septenus: Nec tamen uſque ſatis.

AD

AD REGI-AUGUSTAS CÆSAREAS INFANTES

MARIAM ANNAM
MARIAM CHRISTINAM
MARIAM ELISABETH
MARIAM AMALIAM.

SEQUENS EISDEM ECLOGA
TER HUMILITER NUNCUPATUR.

MUNUSCULUM QUINTUM.

EXASTICHON.

QUATUOR *Hæc referunt* MARIAS *Pia Nomina*, *Quintam*
Et gerit, *atque refert Alma* THERESA *Parens*.
O Domus Ætherea, *O felix modo Regia! Majus*
Nominibus Tantis non habet Aula Dei.
Unam ſi tantum metuit tremefactus Avernus,
Quinque illi indicent heu quota bella ſimul!

Digitized by Google

Digitized by Google

DE CÆSAREA ELECTIONE.

E C L O G A.

Lycida, Titirus.

Lycid. TItire dulce decus, Paſtorum grata voluptas,
Gloria Sylvarum, cordis pars maxima noſtri,
Quæ nova jucundos hilarant tibi gaudia vultus?
Hos alacres animi motus quæ cauſa miniſtrat,
Et valet aſſiduas procul hinc depellere curas?
Per totos circum reſonat tua fiſtula colles,
Saxa procul, Sylvæ, Montes, atque arva loquuntur
Carminibus percuſſa tuis, geminata remugit
Vox: Cur tam blandos pergis perfundere verſus?
Ah' geminis fax illa oculis quæ grata renidet
Nil niſi jucundi teſtatur gaudia cordis.
Immemores circum viridantis graminis omnes
Luxuriantur oves, lambentes Paſcua rivos
Non libant, ſolito nec tondent pabula morſu.
Exultant hilares, errantque in vallibus imis,
Certatim ludunt per florea Prata capellæ;
Ipſa Lyciſca ſuis implet latratibus auras.
Fare age lætitiæ referas mihi, Titire, cauſas,
Ut poſſim lætos tecum deſumere vultus,
Et calamos inflare leves, ac dicere verſus.

Titir. O Ly-

Digitized by Google

Titir. O Lycida, Lycida ſi ſcires quale ſub iſto
Vellere ſit pectus, lateat quæ immenſa voluptas,
Quàm ſubito Sylvas, Colles, umbraſque peroſus
Læta inter placidæ gauderes otia mentis!
Teſtor per Faunos, Satyros, Driadaſque puellas
Haud tantos unquam ſenſiſſe in pectore motus,
Cum vidi pecudes geminos educere fætus,
Aut teneris hædis præbentes ubera matres,
Sive Lupi a rapidis detractum faucibus Agnum,
Sive novo paſſim ridentes gramine campos,
Uſque adeo noſtros pertentant gaudia ſenſus,
Et me lætitiâ nimiâ intercluſa coërcent.
Lycid. Stultus ego Lycida! Spes me mea duxit inanis.
Vix calami, vociſque tuæ pervenit ad aures
Murmur, vis lætos potui deprænhendere verſus,
Cum ſubito riguos fontes, Campoſque virentes
Deſpiciens, properè vocem, ſonitumque ſecutus
Hîc adsum. Infelix pecudes, hædoſque reliqui
Servandos puero, qui paucis editus annis
Non ſatis eſt virgam digitis geſtare tenellis.
Aſt Tu, ni fallor, gaudes quod munera Liber
Jam profert, inſtatque ſuis generoſior uvis
Pomifer Autumnus, Vindemia & imminet ulmis,
Dumque vides curvos pomorum pondere ramos,
Cumque gregi ſurgunt rediviva hæc pabula noſtro.
Eia age, quid ceſſas, ne me cunctantior audi.
Titir. Falleris hæc altum non tentant gaudia pectus,
Sed ver cum Zephyris, Autumnus pinguis, & uvæ,
Ipsa putes Æſtas, ipſa hæc mihi gramina ſordent,
Nec magis oblectant, quam cum riget aſpera ventis
Bruma gelu, aut quando nox imminet atra procellis,
Aut lætas ſegetes præceps dum conterit imber.
At ſi tantus amor menti eſt, ſi tanta cupido,
Dicam equidem, & te ſuſpenſum mora nulla tenebit=
=Paſtorum PRINCEPS, Lycida, qui nomine DAPHNIS
Dicitur, & famâ toto notiſſimus Orbi;

Cui

Cui ſunt caſtaneæ, cui preſſi eſt copia lactis,
Cui Sylvæ, Colles, immenſo ac margine Campi,
Quin pecus hoc noſtrum cernis quod paſcua tondit
Omne ſuum eſt, nec quiſquam hodie locupletior alter;
Paſtores reliquos tantum ac ſupereminet Ille,
Sublimes quantum ſuperant arbuſta Cupreſſi.
Iſte olim Magnus, merito nunc Maximus omni
Imperat Arcadiâ, Paſtorum voce recenti,
Judicioque gravi Summo prælatus Honori.
Semideâ Phyllis facit Hunc cum Prole Parentem,
Phyllis Amadriadum Major, Pulcherrima formâ,
Ditior Armentis, vaſtis ditiſſima & arvis.
Sic retulit nuper Damon, nec certior ullus,
Unde alacres Sylvas, & cætera rura, Caſaſque,
Panaque, Paſtoreſque tenet nova ſumma voluptas;
Miror te ſolum lateat nunc undique murmur.

Lyc. Alternis igitur contendere verſibus ambo
Intenti, ac reſoni Daphnim tollamus ad aſtra:
Daphnin ad aſtra feramus, amat nos nam quoque Daphnis,
Phyllis & ipſa ſimul celebretur noſtra per arva,
Sic erit Ille Deus nobis, Dea ſemper & Illa.

Titir. Ceratos reparo en calamos & corrigo avenas,
Ut bene conveniant vocum diſcrimina in unum,
Diſſona facta ſitu, nullo ac certaminis uſu,
Pendula jamdudum nam longa ſilentia ſervant,
Atque vacant, Illos poſtquam cecinere Jugales;
Sed raras noſter ſonitus pervenit ad aures
Montibus, ac Sylvis nimis interclusſus opacis.
Craſtinus hìc adſis quoque tu cantare paratus,
Tentemus patrias alterni evadere Sylvas,
Porrigere ac fato medium concentibus unguem.
O' mihi tam longè maneat pars ultima vitæ,
Spiritus &, quantum ſat erit ſua dicere facta:
Semper honos, Nomenque ſuum, laudeſque manebunt.

EX

EX QUATUOR EARUMDEM NOMINIBUS
DEDUCTIO ANAGRAMMATICA

PROGRAMMA.

ANNA
CHRISTINA
ELISABETH
AMALIA
} AB AUSTRIA——— 1208.

Quot Filiæ, Tot ecce Dignę Cęsareę Divę—1208.

DISTICHON.

Aula Tibi Jovis invideat fas eſt modo CÆSAR,
Tres ille enumerat, Quatuor Ipse Deas.

REGIÆ

Digitized by Google

REGIÆ CELSITUDINI
SERENISSIMI
EX LOTHARINGIÆ
DUCIBUS CAROLI
MAGNI CÆSARIS GERMANI FRATRIS
SEQUENS INSCRIBITUR ELEGIS
DE NECESSARIA NEMORUM SYLVARUMQUE
IN PISTORIENSI APPENNINO CONSERVATIONE
Quod retro temporibus parum videbatur ſervatum.

AD PRÆSIDEM CONQUESTIO.

MUNUSCULUM SEXTUM.

DISTICHON.

NE pudeat, quando arma vacent, excurrere Sylvas;
Silvæ etenim Divis ſerta priora dabant.

DE NECESSARIA NEMORUM CONSERVATIONE AD PRÆSIDEM.

ELEGIA.

HIc ubi cornigero Montes dicuntur ab Api,
Priſcaque Marcelli Caſtra fuiſſe ferunt,
Præſes numen ades; Docuit te devia virtus,
Hâc duce montanos pergis adire Lares.
Quot fruges Penninus alit, quot procreat herbas,
Tot devincta tibi corda, viroſque dicat.
Rara ſed hinc ſylva eſt, hinc fagus rarior hæret;
Vertenda in prunas utraque cæſa ruit.
Sternuntur patulis redimita cacumina truncis,
Nec violata prius ſæva bipennis habet.
Frugiferi ſaltus ferro cæduntur eodem,
Quæ millena tulit deſtruit una dies.
Sylva antiqua ruit reboans percuſſa ſecuri,
Religione Patrum ſylva perennis honos.
Omnia deperdit Chalibum Vulcania Fornax,
Lignivorax Ferri dum grave vexat opus.
Hoc foditur noſtris longe pauliſper ab oris,
Quo generoſa ſuo prominet Ilva ſinu.
Cogitur ignitis, primiſque liqueſcere furnis,
Proxima quos illi litora Tuſca parant.
Ærea per flammas ſolvuntur ſemina in unum,
Non tamen egeſtis ſordibus inde fluunt.
Maſſa ſed informis tantum duratur, adhærens
Nec bene firma ſimul, nec ſpoliata ſatis.
Hanc nondum Ferrum dices, non ſuſtinet ictus,
Ducitur in nullos qualibet arte modos.

Digitized by Google

Expetit ulterius flammas, iteroſque Caminos,
Quos hîc fagineus mitior ignis alat.
Denuo candeſcit, ſtructiſque meatibus effert
Quidquid adhuc mixti, fæcis & intus habet.
Sic bene mollitum, defæcatumque retentis
Omnibus excoriis prorſus ab igne novo,
Illico ſubjicitur permagnis ictibus, altus
Prægravis ac circum Malleus unde tonat.
Non Steropes, Brontes, nec nudus membra Pyracmon
Hunc agitant; præceps unda revolvit opus.
Undique contuſum tanto ſub verbere cedit
In virgam, aut quævis altera forma juvet.
Virgula tam pariter tenuatur pulſibus æquis,
Ut migret in clavos, ductaque fila rota.
Tale miniſterium dominatur montibus iſtis;
Plurima ſed Fornax depopulatur agros.
Nec variare locum, ſedem mutare nec audet
Appeninigenis ſors inimica jugis.
Exigit heu nimios ignes, quibus ima laborat
Planicies, Tellus ſed magis alta gemit.
Noctes atque dies in flammas robora cedunt,
Robora quæ ſtabant ſpeſque dapeſque viris.
Robora in adverſos ſurgentia mœnia ventos,
Robora ſubjectis præſidiumque locis.
Quis furor o Cives, quæ tanta licentia ferri,
Arma quid in lucos exacuiſſe placet?
Ecce ſenes, Juveneſque ſimul mors concita paſſim
Corripit adſtantes Syncopis arte brevi:
Eripit e medio ſolers, inopinaque quotquot
Furtim ſublati ſæpe & ubique cadunt.
Immeritò Libitina tamen de cædibus iſtis
Culpatur: ſortes utitur illa ſuas.

Funera

Funera proveniunt eadem, majoraque ſemper
Immineant (omen vertat at ipſe Deus)
Ni ſcelerata prius deſit vaſtare bipennis,
Fagineis prorſus parcat & illa jugis.
Quà data porta ruit furiali lætbifer imbre
Nunc Boreas, ſubitæ maxima cauſa necis.
Hinc etiam ſegetes, ac deplorata Colonum
Omnia vota jacent, ſæpe fefellit ager:
Depopulata ſuis hodie nam Sylva coronis
Arceat ut nimbos eſt ubicumque minor.
Quæ vos exagitat, quænam dementia cæpit?
Qui tantum ſinitis procubuiſſe nemus.
Conſulite heu melius veſtris noſtriſque periclis,
Extremum in lucum neve ſecuris eat.
Parcite montanis, ſubjectis parcite campis,
Parcite vos ipſi funera adire precor.
Non ego vana loquar, ſed me qui mente rependat
Non eſt; In luſus verba referre ſtudent.
Quiſque velis videre ſinas riſiſſe Popellum,
Teque ſophos, ratio, judiciumque regat.
Sint monitus luſus: Non certe ludit in ipſos
Falce repentinâ Parca citata viros.
Non Aquilo in ſegetes, nec ludunt grandinis ictus,
Unde tot arva rigent, factaque vita brevis.
Nos miſeros, quos iſta premunt, nec vertere caſum
Poſſe datur; Quonam triſtia Fata trahunt?
Fata quidem perdunt, meliora at numina nuſquam
Deficiunt; Miſeros & ſua vota juvant.
Regnat io vere FRANCISCUS *Juppiter alter,*
Qui ſervare homines certat & arva ſimul.
Mulciber abſtineas ſummas deperdere Sylvas,
Sunt etenim Sylvæ jura ſacrata Jovi.

REGIÆ

REGIÆ EJUSDEM CELSITUDINIS
GLORIOSO NOMINI
ALIQUOT ANAGRAMMATICÆ CONSONANTIÆ.

EPIGRAMMA.

CAROLUS LOTHARINGIUS——1058.

Hic Almæ THERESIÆ Levir, ac Cæſaris Anima-1058.
Hic jam Tantę ac Majeſtatis Fulcimen——1058.
Vive diu' a' Magne Princeps——1058.
Vere Dive Frater CęSARIS——1058.
Vere olim Lotharingiæ Primceps——1058.
Nunc Regalis, io, Dux——1058.
A Dei Numine Tu hîc datus——1058.
Jam Magnus es pro CÆSARE CÆSAR——1058.
Sic Germaniæ o Propugnator——1058.
Hoſtes jam THERESIĘ conteres——1058.
En Tu hîc Mavors, Illa Pallas——1058.

Hæc age de Cælo nobis hîc Juppiter alter,——1058.
Ac Magne o Primceps æquiparande Deis——1058.

AD EUM-

AD EUMDEM
SEQUITUR SOLUTUM.

EPIGRAMMA.

REſpondere ſuis rebus quis Nomina certet?
Quæ Tibi dat Nomen munera & Ipſe geris;
Sed majora latent Tibi quæ mox munia reſtant:
Nominibus nequeunt Omina magna capi.
Sic erit una Tibi menſura hæc = Maxima quæque
Finge data, & Meritis omnia crede parum.
Germanici Imperii es Cuſtos, Geniuſque Latini,
Auſtraſius Mavors, Auſtriadumque novus.
Pugnaces Græcorum Animas quid fabula jactat
Miræ molis Equum continuiſſe ſinu?
CAROLE *Tu Atrididas, Curios, Fabioſque, mareſque*
Scipiadas omnes unicus intus habes.

Digitized by Google

AD EUNDEM
UTI AD SUPREMUM CIS-GALLIÆ ARMORUMQUE REGIMEN DESIGNATUM.

EPIGRAMMA.

TE Rhenus, Te Skelda petit, Padus atque Te anhelat,
Tu quas ergo ratas vis, peto, habere preces?
Jam Tibi prima quidem ſat debent Flumina, at Iſtud
Ecce Tibi nondum cur teneatur habet.
Irrita ne quæſo Eridani ſint vota, libenter
Illi ſis Mavors, Juppiter, atque Parens.
Corde Parens, armis Mars, Juppiter inde profundâ
Mente Illud ſerves, dilige, & Ipſe regas.
Eſto memor quod nempe vices Tu Palladis imples;
Palladis AUSTRIACÆ, *quæ eſt bene terror, amor.*
Sique ſuum Magnum CAROLUM *Trans-Gallia jactat,*
Sic modo & ipſa Suum Gallia noſtra canat.

REGIÆ

REGIÆ CELSITUDINI

SERENISSIMÆ

ANNÆ CAROLINÆ

EX LOTHARINGIÆ DUCIBUS

MAGNI GERMANICI CÆSARIS GERMANÆ SORORIS

DE CÆLIBATU TER OPTIME MERITÆ

SEQUENS REFERTUR

DE VIRGINITATE IDILIUM.

MUNUSCULUM SEPTIMUM.

TETRASTICHON.

GONZAGÆ *atque* ANNÆ *Thalamus nil jure ſit impar;*
Pronuba Virginitas ſtravit Utrique Thorum:
Nec ſteriles Thalami Natos Prolemve negarûnt,
Tanto eſt Conjugio partus at Almus Amor.

V

Digitized by Google

SACRA DIVI ALOYSII SPONSALIA.



IDILIUM.

QUæ nova Connubii miracula nectit Olympus,
Lilia quis præfert cum tædâ intacta jugali?
Noſco equidem, nec vana ſides, ALOYSIUS *Ille eſt.*
At mihi dicturo quis dignam carmine avenam
Suſcitet, ac tribuat facundos promere verſus?
Cælicolum REGINA *Potens, enixa Tonantem,*
Tu quæ Tartarei Regni, Terræque, Mariſque
Sceptra geris, totoque jubens dominaris Olympo,
Inceptis faveas placido mitiſſima vultu:
Tu votis inſiſte meis, Te Præſide digno
Carmine, nam decet, importuna ſilentia rumpam.
Urbs antiqua manet multis jam condita ſæclis,
Nobilibus metuenda viris, metuenda vel armis,
Magnorum Hæroum necnon pulcherrima nutrix;

Olim ſi felix, propriâ modo ſorte Beata,
Lotharidum nam facta Ducum pars inclyta Regni;
Forſitan, atque utinam, CAROLINÆ *proxima Sedes,*
Divi nempe vices FRATRIS *quæ compleat Alma.*
Huc Patris Imperio primis ALOYSIUS *annis*
Incola devehitur Floræ cœleſtis Alumnus.
Interea ingenuis Juvenis noctuque diuque
Artibus invigilat, Tuſco hîc ſermone loquelam
Percipit Auſoniam, tantique in Principis aulâ
Omnes condiſcit condignas Principis artes.
Sed jam Divini telo trajectus Amoris
Ardet ALOYSIUS, *Juvenis pia pectora flammis*
Cœlitibus perfuſa tument, cordiſque vagatur
Intima tantus Amor, tantus depaſcitur artus,
Ceu cum ſulphureis ruptis fornacibus Ætbna
Ad ſuperas arces concretas igne favillas
Evomit, atque ardens ardentia ſydera lambit;
Sic Puer exardens ignitas pectore voces
Pronus humi miſit, lacrimis ita fuſus obortis.
Quid pharetrâ emiſſis urges Deus ignifer armis?
Aſpera, ſeu mollis via ſit quam Fata parabunt,
Hanc ego ſponte ſequar quoquo me duxerit illa,
Quamtumvis redigat lanianda exponere membra
Unguibus Hircanum fauceſque ſubire Leonum.
Dux Amor: ille novos animos, vireſque miniſtrat,
Addit & ille ſinus mortis terrore carentes,
Quin etiam omnigenis cupidos occurrere pœnis,
Conſtantes quoſcumque velit, perferre dolores,
Ire per alternas flammas, ferrumque paratos.
Hinc ego me igniti ſpacioſa in viſcera tauri,
Si ſic ille jubet, proſternam, & membra retortis
Invol-

Involvam torquenda rotis, aut vertice verſo
Inter vipereos nexus, avidoſque Dracones
Meme projiciam, piceoque indutus amictu
Flammæ alimenta dabo, tenebriſque in noctis opacæ
Ignea ſulphureis crepitabunt corpora flammis.
Dixerat, & feſſos animos, oculoſque cubili
Credidit: Hæc Juvenis ſuprema ad ſceptra Tonantis
Vota viam inveniunt, & nutu Numinis ipſo
Ad Thalamum properat Cœli compage ſolutâ
Sydereus Juvenis pictis pulcherrimus alis,
Plurima cui tenerum tranquillat gratia vultum,
Candida formoſum undanti chlamys ambit amictu
Pectus, & in niveâ fulgentia ſydera fronte
Quo vertit feriunt tenebras, humeriſque vagatur
Aurea cæſaries: Radiis afflata ſupernis
Pallida Luna pavet, Soliſque minora recenti
Victa ſuum revocant mirantia ſydera lumen.
Quantus in æthereo lepor, & quæ gratia vultu
Fulgeſcit, quam grata animat concordia frontem!
Ocyor Ille Euro, rapidæque ſimillimus auræ
Pervenit ad Thalamum Cœleſtis Dedalus alis,
Et poſtquam cytharæ tentavit pollice fila,
Ut Thalamo inductus ſonitu ſopor ipſe cubaret,
Tum ſic aggreditur cœleſtia juſſa reponens.
O nimium Dilecte Deo, Cœlique voluptas,
Regia Sponſa Tibi dabitur, Thalamique manebunt,
Felices Thalami, quos Pronuba deſtinat Alma!
Dixit, & amplexus Puerum poſt oſcula mille
In Cœlum paribus ſe ſuſtulit impiger alis.
Permotus ſtrepitu, ac ſubiti dulcedine cantus
GONZAGA *aſſurgit, miræque ab imagine formæ*

Terri-

Territus arrectas huc illuc contulit aures:
Qualis rurali e tecto non nota Columba,
Quæ ſi conſiſtens crepitantes murmure valles
Percipit, inſurgens, ſortiſque ignara futuræ
Undique cauta prius circum ſua lumina vertit,
Et pavidos, celereſque ſimul, jam jamque volatus
Tentat; ſi vero rurſus rumoribus aura
Perſonet, illa levi ſubitoque per æthera gyro
Pertremefacta fugit, Templique in vertice ſiſtit.
GONZAGA *haud aliter poſtquam pia Numina caſum*
Agnovit ceciniſſe ſuum, citò lumina ſomno
Eripit, ac niveis velatus veſtibus, ultro
Haud mora VIRGINEI *petiit ſacra limina Templi.*
Templum immane ingens poſitum pietate Dynaſtis
Certatim Tuſcis, quod tartara fundamentis
Calcat, & aſſurgens minitatur cominus aſtris,
Nubibus inſultans elato vertice in auras.
Hîc intus phariis moles innixa columnis
Creſcit in immenſum, ſpirantia mollius æra
Ac ſimulacra micant; variis pavimenta figuris,
Æmula naturæ quas ſtruxit dextera, fulgent.
Nulla aditum nox intus habet, namque aurea præbent
Sydera perpetuam pendentia fornice lucem.
Huc rapitur Juvenis notas aditurus ad aures
VIRGINIS, *æquali quæ quondam territa caſu*
Angelicos timuit vultus tremefacta pudore.
Hîc Puer elatis palmis, ac poplite flexo
In procul adſtantem rorantia lumina figit
VIRGINIS *Effigiem: Importuna ſilentia tandem*
Rumpere mens agitat, prohibent lacrymæ, aſt amor urget
Concordes animo depromere pectore voces.

Obſi-

Obſiſtunt fletus, inter ſuſpiria verba
Merguntur; quoties tentat, ſimiliſque loquenti
Incumbit voci, toties vox vana dolore eſt;
Sed tandem ceſſit telis dolor ictus Amoris,
Et ſic aggreditur dictis, atque ora reſolvit.
Virgo Diva Poli, Virgo generoſa Tonantis
Filia, Sponſa, Parens, Terrarum Gloria Virgo,
Rebus in adverſis ſubitum, certumque levamen:
Tu mala noſtra fugas precibus, Tu ſæva Nocentum
Agmina detrudis vultu, atque aſpera reddis
Dulcia, Virgineâ dum reſpicis omnia fronte.
Sis mihi Tu clypeus, ſis Tu mihi firma ſalutis
Ancora; ſis ſtatio incerti tutiſſima portus.
Candida ſi torvis oculis mea Lilia ſpectans
Hoſtis Tartareus noſtro fera bella pudori
Intentet, teliſque ſuis pharetratus Averno
Irruat, ah' fruſtra committat prælia dextrâ
Te Duce, & in proprias vertas ſua bella ruinas.
Pectore in adverſo poterit quæ plurima virtus
Eſſe erit, ac nihilum Duce Te violenta timebo.
In me ſævus ero, mihimet macieque ſoluto
Haud unquam parcam; trudam quoque lumina ferro
Impietate pius, quamvis ſint lumina adempta,
Luce tamen meliore fruar; Trinacria Virgo
Adſit in exemplum tales aggreſſa Triumphos.
Deprecor at noſtro, REGINA, *inſiſte labori*
Namque potes, votiſque meis præſtantior adſis.
Vix prece finitâ laſſis vox faucibus hæſit,
Verbaque compeſcens tacuit mox ore ſereno,
Viſus & in placido riſus ſplendeſcere vultu,
Dum Dea Summa Parens dabat hec reſponſa Roganti.

O noſtra

O noſtra, o Superum cura o gratiſſima Olympi,
Tutelæ Pars magna meæ, Dilectus Ephebus
Jam lacrymas compeſce tuas, tua vota Supremos
Cœlicolum tetigere Choros = Pulcherrima Conjux
Virgineas ambit Tedas, Te Sponſa Maritum
Te Puerum optat VIRGINITAS, *quæ candida Sponſum*
Elegit Candore parem, niveumque colorem
Lilia ſervabunt, niveis bene cana Liguſtris
Lilia ſe jungunt, & Teda intacta Pudori.
Proh Vir non impar Sponſæ, Similiſque Marito
Sponſa ſuo! Thalamos EGO VIRGO, *& Pronuba jungam.*
Talia vix ſpondet Superum Regina Precanti,
Cum ſubito erumpit murmur, Cœloque vagatur.
Aligerum numeroſa phalanx propere ordine longo
Huc illuc volitans immenſa per atria Olympi
Jucundos geminat ſtrepitus: animoſa tubarum
Æra crepant, reſonat feſtis clangoribus aura:
Parte alia coëunt Citharæ, pars æra recurva
Inflat, pars renovat flexo teſtudinis arcu
Nervorum cœleſte melos, bene ſaucia plectro
Fila ſuo alternant vario diſcrimine plauſus.
Nil minus interea Cœlum clamore reſultat
Flexivago, Aligerum nam Turba canens nova ſemper
Federa concentu variat, paſſimque loquaces
Conſpirant voces; nunquam pia Turba remittit
Diſſidium ſonitus, ſed cum dulcedine cantus
Mollia cœleſti ſociabat pollice fila.
Has inter turbas niveis invecta quadrigis
VIRGINITAS *properat: ſedem quàm multus in ore*
Candor habet! Phœbique genas, ac lumina Phœbi
Eſſe putes ni ſola daret diſcrimina ſexus.

Suti-

Sutilibus connexa modis in vertice ſerta
Servat, & auratos lambebant Lilia crines.
Stant in virgineis innata corallia labris,
Purpura ſtat diffuſa genis, ac pendula ab aure
Plurima gemma micat: levibus projecerat auris
Effrenas errare comas ludibria vento.
Ipſe etiam Phæbus radianti albedine veſti
Invidet; Incluſo criſpatur candida flatu
Magna Chlamis, niveo quæ velans turbine Divam
Longè caudata, & circum ſinuoſa tumeſcit.
Sic ornata Poli volitat per compita præceps
Angelicis ſtipata Choris, potuitque videri
VIRGO; *ſi major majeſtas ore fuiſset,*
Ceruleuſque ſacros arctus cinxiſset amictus.
Cana ſuis digitis geſtabat læva liguſtra,
Altera gemmato fulgebat prædita gyro:
Gyrus (proh felix Gyrus) qui in fædere dextræ
Connubiique ſacri jam jam conjungeret Ambos.
Tali luxuriat cultu pulcherrima Sponſa
Præcipitoque ruit Cœli per inania lapſu.
Nam ſtimulos præbebat Amor, lætâque Sequentum
Firma habuere Thori ſocialia pignora pompâ.
Pronuba erat VIRGO, *Teſtis fuit omnis Olympus:*
Hæc dextram complexa Viri, dextramque Puellæ
Conſocias jungit, divo ſic ore locuta =
= *Vivite Concordes, ac noſtrum diſcite munus,*
Promiſſæ Fidei, Thalamiſque inſiſtite veſtris;
Fæcundet Vos Divus Amor, pro Conjuge tantâ
Sponſe Tibi in lucrum Cœlum Dotale manebit.
Intonuit ſimul Ipſe Deus, plauſuque probavit
Federa, tam ſancta, immortali & carmine digna.
Ætherei, haud rari o Thalami, quibus ANNA *vocata*
Auſpiciis paribus Suamet Connubia ſervat.

PRO EADEM
UTI ASSERTA AC DESIGNATA AD SUPREMUM ETRURIÆ REGIMEN.

DISTICHA DUODENA.

Sum viſus Fluvii gemitus audire Moſellæ,
Regibus Orbatus dum furit ante ſuis,
Compulſumque novos in luctus ore frementi,
Ac lacrymas inter talia verba dare:
Quis mihi FRANCISCUM, CAROLUM, *quiſnam abſtulit* ANNAM?
Me miſerum! Anne poteſt Aula vacare Jovis?
At vacat heu nimium: Saltem mihi Numina reddant
Virgineos Vultus, una ſit ANNA *mihi:*
ANNA *gravis Virtutis honos, Pietatis Imago,*
ANNA *decus Mundi, deliciumque Poli.*
Hanc unam repeto, Reliquos ſibi vindicet Iſter;
Lætor & invideo, Diva ſed ANNA *mea eſt.*
Auguſtos habeat Fratres felicior Ille,
Sola Auguſta Soror ſit mihi quæſo redux.
Olli ſic ego = Quid vanos incendis amores?
Mitte leves fletus, ſpes neque inanis alat.
Ah melior compeſce animos, ſolare dolorem,
Deſine & in votis ſollicitare Deos;
Heroas nam furta manent, ſic nempe Sororis
Si fur non Iſter, Fur dubito ARNUS *erit.*
Juribus ANNA *ſuis Tuſcum moderabitur Orbem,*
Debetur Soliis nil minor Illa Viris.
Hoc ſi fata ſinant, Floræ tunc Regna fatebor
Magna alii inveniunt, Maxima at Iſta facit.

IN

IN IDEM ARGUMENTUM
ARNUS FLUVIUS
SIC ANAGRAMMATICE LUDIT, AC PLAUDIT.

PROGRAMMA.

ANNA CAROLINA EX LOTHARINGIA—916.

DISTICHON NUMERICUM.

ALMA, *ac digna mihi Hęc dum Cœlebs imperat* ANNA,-916.
Facta eſt hîc Floræ Gloria celsa, decor.———916.

PROSEQUITUR PER SOLUTUM EPIGRAMMA.

GLoria celsa Decor Floræ dum jura miniſtret
ANNA *erit, ac dicam tunc bene lætus, ovans* =
=*Nil habet unde Mea invideat Florentia Athenis,*
Quondam Illis, modo Huic Pallas amica præeſt.
Poſthabitis tandem cunctis en Urbibus iſthuc
Tranſtulit Imperium, Divaque noſtra manet.
Aſt o' quàm melior, quantumque Hîc dignius Iſta
Sedibus in noſtris Imperat, & Colitur!

In Præmiſſas Oblationes Confirmatio

AVGVSTISSIMIS CAESAREIS
DIVIS FRANCISCO AC THERESIAE
MINIMORVM INFIMVS

AVGVSTIS EORVMDEM CAESAREIS FILIIS
VENERABVNDVS, AC PROVOLVTVS

AVGVSTIS PARITER CAESAREIS FILIABVS
HVMILLIME PRONVS

AVGVSTIS ITIDEM CAESAREIS FRATRI AC SORORI
VLTRA OBSEQVENTISSIMVS.

DVO PRAECEDENTIA CARMINA
BINOS ENARRATOS ELEGOS
INSCRIPTAM ECGLOGAM
TERTIAM ELEGIM
IDILIVMQVE INSERTVM CARMEN
VOVET SACRAT DICAT DEDICAT EXHIBET
EVSTACHIVS.

AUTHO-

Digitized by Google

AUTHORIS AD LIBELLUM ALLOCUTIO

PLURIMA EX PARTE EX OVIDIO MUTUATA.

VIENNÆ (*ac invideo*) *ſine me Liber ibis in Urbem;*
Hei mihi, quo' Authori non licet ire tuo.
Officio deſum, deeſt quia poſſe volenti;
Culpandæ vires, quæ mea vota necant.
Importunus obeſt languor, qui greſſibus ægrum
Me tibi conſocium non ſinit eſſe viæ.
Ut deſint vires tamen eſt laudanda voluntas;
Hâc ego contentos auguror eſſe Deos.
Tu qui longa potes pertædia ferre viarum
I' Liber abſentis munus ab obſequio.
Vade parum cultus qualem decet eſſe verentis,
Infelix habitum Compoſitoris habes.

Forſitan

Digitized by Google

Forſitan expectes an in alta Palatia miſſum
Scandere te jubeam, Cæſareamque Domum:
Ignoſcant Auguſta mihi Loca, Diique Locorum,
Si fas, hoc unum deprecor, atque rogo.
Ne tamen irrumpas quo' non licet ire, ſatiſque eſt,
Atria ſi nobis non patuiſſe negant.
Eſſe quidem conſtat mitiſſima Sedibus illis
Numina, ſed libero non adeunda pede.
Si poteris vacuo tradi, ſi cuncta videbis
Mitia, ſi curis angitur Ille minus;
Si quis erit qui te dubitantem, & adire timentem
Tradat, & ante tamen pauca loquatur, adi.
Sique tuas quemquam fas eſt proponere Chartas,
Hoc METASTASI *ſolus in urbe valet.*
Dumque velit valet, at nos quid non velle timemus?
Supplicibus Phœbus non niſi dexter adeſt.
Detinet Auguſtas ſæpe hic celeberrimus aures,
Omnimodis Muſis doctus inire melos,
Quod modo' Noſtrates mirantur totus ut Orbis,
Unde cothurnatur Scænicus artis honor.
Dido, vel Æneas, perſæpe ac ipſe Macedo
Vivit adhuc Noſter, conſpiciturque frequens:
Sic alios quotquot meliores abſtulit ætas,
Omnipotens revocat Carminis arte novâ:
Hinc Illi in noſtras Redivivi ſæpius aures
Clauſtra Theatrales nobiliora beant.
Induit Hic Soccos, æque induit Iſte Cothurnos,
Mirus & abſolvit munus utrumque lyrâ.
Perſonat Hic tanto ſaturatus pectora Phœbo,
Dixeris ut priſcos erudiiſſe Choros;

Dumque

Dumque ſtudet renovâ Defunctis reddere vitam,
Quam bene ſe potius reddit inocciduum!
Aulam ſic merito recolit, coliturque libenter,
In quâ tot merito laurea Serta virent.
Maxima Cæſaribus debentur, magna Poëtæ,
Quem rogita, o felix, ſi Prior Ille rogat.
Tunc tibi Dii faciant adeundi copia fiat,
Faſtidita minus tunc tua verba puta.
Eſt Domus Augusti *Capitoli more colenda*
Læta (quod eſt & ſit) plenaque pacis erit.
Luce bonâ, Scriptore tuo felicior ipſe
Pervenias illuc, & mea Vota canas,
Quorum pars remanet, dum jam perterritus hærens
Hæc quoque vix poteris ore tremente loqui.
Quæque extant illis agitat mens addere pondus
Ulterius, quamvis paupera Muſa neget.
Sic plures remanent Tuſco cum carmine chartæ,
Quas modo Tu nimius ne videare ſiles:
Suſpicor at damno hoc tibi non fore: ſentiet Ille
Te Majeſtatem pertimuiſſe ſuam.
Tu tamen ante omnes Augusti *Nomen adora,*
Progeniemque Piam, Participemque Thori.
Sic tibi contingat vultum Junonis adire
Cui pro me ſubitus procubuiſſe velis.
Sint, rogo, ſint mites ſolitis tibi moribus Ambo,
Teque modo haud duris vultibus aſpiciant.
Hei mihi, non magnas quod habent tua carmina vires,
Noſtraque ſunt Meritis ora minora Suis.
Et mihi ſi quis erat ducendi carminis uſus,
Deficit, eſtque minor factus inerte ſitu.

Tandem

Tandem Laurigeros auſus jam intrare Penates,
Te prius, atque unâ nos tueare memor.
Dum patet Ara Dei certatim thura adolentur,
Irus, vel Creſus voverit illa Jovi.
Eſt Jovis Ara Domus, quæ fers ſunt Carmina thura,
Grata utinam hæc Illi ſint tua dona precor.
Annuat oblatis quoque Juno: Hinc pronus utrique
Ad non mortales brachia tende Pedes,
Et veniam pro laude petas, laudatus abundè
Ni faſtiditus tangeris (oro) Deis.
Longa via eſt, propera tua Numina culta requirens,
Appeninigenam deſere meque Patrem.
Hoc mea contenta eſt infelix Muſa theatro,
Sic merui, Magni ſic voluere Dei.
Plurima ſic Proles, ac parvula detinet iſto,
Quo procul AUGUSTIS *horreo ſtare loco.*
Aſt ubicumque morer ſatis eſt condicere poſſe:
Terra eſt Imperii pars quoque noſtra ſui.
Divinum recolens hunc caſum glorior, inde
Sæpius infelix oſculor uſque ſolum;
Triſte ſolum naturâ inquam, Dominoque beatum,
Si regit hæc eadem CÆSARIS *arva manus.*
I' precor, I' pro me tu, cui licet, aſpice Viennam,
Dii facerent poſſem quod Liber ipſe potes.
Finge legi, quodque eſt mirabile, finge placere,
Res una Authorem non nihil iſta juvet
Vilis eras nuper dum te male condidit Author,
CÆSAREO *haud talis Nomine ſculptus eris.*

NOVI

NOVI AD EUMDEM
VENUSINI MONITUS.

a — NOn bene nutritus fuge quò diſcedere geſtis,
B — Ac ſimul anguſto natum Patre, & in tenui re
c — Majores pennas nido extendiſſe loqueris.
D — Non erit emiſſo at reditus tibi: Quid miſer egi?
e — Quid volui? (dices) ubi quis te læſerit: Huic dic=
f — Indignum eſt quidquam reprehendi, non quia craſsè
g — Compoſitum, illepidève putetur, ſed quia nuper:
h — Ille tamen veteres interponetur honeſtè,
i — Qui rectè, quamvis uno ſit junior anno.
K — Vade, vale, Cave ne titubes, mandataque frangas.

a B c D e Libro pri. Epis. xx.
f g h i Libro ſecu. Epis. pri.
k Libro pri. Epis. XIII.

LIBELLI RESPONSIO AD AUTHOREM

DEſine jam plures monitus cumulare: Laboris,
Quam potero, atque Animi, ſpero ego teſtis ero;
Numina ſique movent è corde breviſſima verba,
= DII VOBIS VOVEOR = dicere credo ſatis.

Y AD

AD EUMDEM
LIBELLUM.

Tempora ſi quærant, dicas = Poſt ſæcla bis octo
Bis viginti anni poſt centum ſexque recurrunt:
Sive diem, menſemque rogent quo inſcriptus oberras,
Idibus (inque) ſuis ſignat September utrumque.

HOC EST
MENSE AB IMPERIO REPARATO DVODENO.
A VIENNENSI DENVO CONDITA SEDE
DIE TERCENTESIMA SEXAGESIMA QVINTA.
A MAXIMO LOTHARINGIO FRANCISCO CAESARE
PRIMO FAVSTOQVE DEFICIENTE IAM ANNO.
AB AVSTRO-MAGNO RODVLPHO.
OLYMPIADE CXIII. VLTRA MENSES XXVI.
AB HVNGARICA CORONATA REGINA
MARIA THERESIA AVGVSTISSIMA
SECVNDO INITO LVSTRO.
AB EADEM IN BOHEMIAE REGEM SOLEMNITER
INAVGVRATA
QVARTO SVPRA TRIETERIDEM EXPLETO MENSE.
AB EIVSDEM FAVSTISSIMIS NATALITIIS
INDICTIONE CITRA MENSES OCTO SECVNDA.
AB HVMANA TERRARVM, GENTIVM, AC ORBIS
VERE RESTITVTA, ATQVE ASSERTA FELICITATE
HEBDOMADA QVINQVAGESIMA SECVNDA
VNICA INSVPER ADDITA DIE.

Unica ſumma Dies cunctis precioſior Annis,
Quæ ſolio ex parto Augusto Augustaque triumphas!
Alma Dies equidem nitido ſignanda lapillo,
Nulla ætas unquam memori ſic te eximat ævo.
Sæcula Te centum reducem Te mille fatigent,
Semper inocciduam tevehat Te maximus æther.
Si qua Deum tangunt noſtrorum fervida vota,
Talis Franciscus vivat ſimul atque Theresa.

SEQUI-

Digitized by Google

SEQUITUR PÆAN LYRICUS AC FINALIS.

EX HORATIO CONSUTUS

Hic dies, Anno redeunte, Feſtus
Eximit curas: ego nec tumultum,
Nec mori per vim metuam, tenente
CÆSARE Terras.

Jam Fides nobis, & Honor, Pudorque
Priſcus, & neglecta redire virtus
Audet, apparetque beata pleno
Copia cornu.

Creſcit occulto velut arbor ævo
Fama FRANCISCI, micat inter omnes
Illius Sydus, velut inter ignes
Luna minores.

Gentis Humanæ Pater, atque Cuſtos
Orte Saturno, tibi cura Magni
CÆSARIS Fatis data, tu Secundo
CESARE regnes.

Ille ſeu Thraces Latio minantes
Egerit juſto domitos triumpho,
Sive ſubjectos Orientis oris
Seras, & Indos.

Digitized by Google

Serus in Cœlum redeas, diuque
  Lætus interſis Populis adeptis,
  Neve te Auguſto Solio Supremum
    Ocyor aura

Tollat; Hîc magnos potius triumphos,
  Hîc ames dici Pater, atque Princeps,
  Neu ſinas Hoſtes equitare inultos
    Te Duce Cæsar.

Uxor Invicti Jovis ò Theresa
  Celsa collucens, bene ferre magnam
  Diſce Fortunam: Tua ſectus Orbis
    Nomina adorat.

Tuque dum Regnabis: Iô triumphe
  Concinemus læti, & Iô triumphe
  Mundus extollet, dabimuſque Divis
    Thura benignis.

Quâ nihil majus, meliuſve Terris
  Fata donavere, Bonique Divi:
  Nec dabunt, quamvis redeant in aurum
    Tempora priſcum.

PROSE-

PROSEQUITUR TRICOLOS TETRASTROPHOS.

PEr quam Latinum Nomen, & Italæ
Crevere vires; Famaque, & Imperi
Porrecta Majeſtas ad Ortum
Solis ab Hesperio cubili.

Te non paventis funera Galliæ
Duræque Tellus ſentit Iberiæ,
Te cæde gaudentes Sicambri
Vindicibus venerantur armis.

Te Cantaber non ante domabilis,
Meduſque, & Indus, te profugus Scytes
Miratur, o Tutela præſens
Italiæ, Dominæque Viennæ.

Auguſta latè Nomen in ultimas
Extendis oras quâ Medius liquor
Secernit Europen ab Afro,
Quâ tumidus rigat arvâ Nilus.

Quicumque Mundo terminus obſtitit,
Hunc tange in armis, viſere geſtiens
Quâ parte debacchentur ignes,
Quâ nebulæ, pluviique rores.

Diis te minorem quòd geris, Imperas:
Hinc omne principium, huc refer exitum;
Dii multa at è contrâ dederunt
Heſperiæ mala luctuoſæ.

Jam

Jam nunc minaci murmure cornuum
Perſtringis Hoſtem, & jam litui ſtrepunt,
Jam fulgor Armorum fugaces
Terret equos, Equitumque vultus.

Quid Marte poſſis milite nam tuo,
Nos inter omnes Maxima Principum,
Hoſtes furentes, adque Padum
Perdomiti didicere nuper.

Hîc provocatus Mars Tuus agmina
Stipata vaſto diruit impetu;
Primoſque, & extremos metendo
Stravit humi ſine ſine Victor.

Diremta vidi, vidi ego & Hoſtium
Retorta tergo brachia Militum,
Urbeſque Cis-Gallas, & arva
Marte coli rediviva veſtro.

Jam cuncta Veſtræ conficient manus,
Quas & benigno Numine Juppiter
Defendit, & curæ ſagaces
Expediunt per acuta bella.

Fortuna Veſtris proſpera Juribus
Belli ſecundos diriget exitus,
Laudemque, & optatum peractis
Imperiis decus arrogabit.

ECHO-

ECHONIS METRICA RESPONSA

Si tibi, dulci, Echo, dicendi eſt tanta voluptas,
Quæ Reſponſa peto nunc mihi grata refer.

Quænam eſt hodie Gloria Viennenſis?——Enſis
Sextus anne Carolus Imperat? ——Erat
Magnis, ac longævis nonne Ille bellis interfuit?—Fuit
Franciscus forſitan modo Imperat? Inſiſte —— Iſte
Qui manu ac mente eſt Omnipotens? ——Potens
Sic & Auguſta ſecum Theresia prævalet?—— Valet
Ipſa quoque & Marti præeſt?——Eſt
Fare, precor, Mortalis vel Semidea? ——Dea
Aris ergo & cultu condigna?——Digna

EXAMETRUM.

Aggreſſores num proprio Marte coget recedere?—Cedere
Nec animi minor nutat, aut deſperat?——Sperat
Cœlum, ſimulque Orbis Illam adamat? ——Amat
Neque ullam extitiſſe majorem agnoſcit? —— Scit
Speratos inde triumphos referet? —— Feret
Hoſtis vero & Illam honorat?——Orat
Certe, ac equidem?——Idem

PENTAMETRUM.

Sic erit ſuper omnes excelsa?——Celsa
Nonne victorias noviſſime retulit? ——Tulit
Et adhuc Faſcibus adjungit Faſces? —— Faſces
Ejus itaque laus erit immortalis.——Talis
Nec Juno, nec Pallas, nec tanti fuit Venus?——Venus
Prævalet venuſtate, aut terrore?——Ore
Tam ergo virtute quam majeſtate præſtat?——Stat
Ipſi jure debentur laurus, debetur palma.——Alma

EXAMETRUM.

Cunctis utique eſt digna Amoribus.——Moribus
Sic triumphat, ac triumphabit poſthac?——Ac
Superior ſemper in armis? —— Armis
Bella geret permaxima?——Maxima
Eſt igitur Suprema in Orbe? ——In orbe
Et ſemper invicta permanet?——Manet.

PENTAMETRUM.

Votiva ejuſdem Authoris Tabella.

OMNIVM IGNARVS. OMNIVM EGENVS
NVLLIVS ACADEMIAE PROFESSOR.
AT SOLVMMODO DEI GRATIA
CAESAREOS INTER CHOROS. CANTORES. AC CYCNOS
PALVSTRIS CROCITANS ANAS.
TANTORVM NVMINVM. NOMINVM. AC MAIESTATVM
PERPETVVS VENERATOR
OBSEQVENTISSIMVS CVLTOR
TVBICEN INDIGNVS
MAXIMA QVAMVIS VENIA DIGNVS
DEVINCTI ANIMI. CORDIS. AC MENTIS
ERGA AVGVSTISSIMOS
TALE STATVI PRO VIRIBVS MONIMENTVM
ATQVE EVVLGANDVM CVRAVI
(*ANAGRAMMATICE*)
EGO FRANCISCI ET TERESIAE FAMVLVS-1250.
EORVMDEMQVE HIC AD PEDES MANCIPIVM—1250.
MODO AC VLTRA PROPRIOS CINERES —— 1250.
EVSTACHIVS CARTOLVS——— 1250.
GRATIAE DEO
FRANCISCO HONOR
THERESIAE GLORIA
TOTI SIMVL AVSTRO-LOTHARINGIAE FAMILIAE
DOMVI. ATQ. AVLAE LONGAEVA POSTERITAS
PERPETVVM INCREMENTVM
TER FELIX AETERNITAS
ANNVAT DEVS
PRINCIPIVM OMNIVM. AC FINIS.

SACRÆ MAJESTATI

MARIÆ JOSEPHÆ AB AUSTRIA

AUGUSTÆ POLONORUM REGINÆ, &c.

SEQUENTIA HUMILLIME DICANTUR SYMBOLA

PRO NEO-NATO CÆSAREO INFANTE

PETRO LEOPOLDO.

MUNUSCULUM UNDENUM.

ANAGRAMMA.

MARIA JOSEPHA AB AUSTRIA——828.
OH VERA SARMATIĘ GLORIA!——828.

SEQUITUR TETRASTICHON.

Exultes REGINA *Potens*, *quotque* AUSTRIA NATOS
Jam peperit, *totidem* SPONSA *det*, *oro*,* *Duplex:*
Hinc fecunda Viris, *omnique ex parte petitis*,
Perpetuet præſtans AUSTRA PROPAGO GENUS.

* Proluditur mutuis Nuptiis, nuper in tali Aulâ cum Bavarica ſolemniter abſolutis, ut jam diximus, &c.

Digitized by Google

Digitized by Google

PRO TERTIO REGIO-AUGUSTO CÆSAREO INFANTE
PETRO LEOPOLDO JOSEPHO
VIENNÆ NUPER FELICITER PARTO

A me prius inaugurato, & divinato pag. 93. & 138.

Feſtiva Proluſio, ſeu Metamorphoſis exoptata.




D I S T I C H O N.

Ecce Biceps jam facta Triceps Jovis Ales in Orbe:
Cerberus ex Aquilâ eſt; ab ſit & Hydra quoque.

ALIUD JUXTA NOMINA DISTICHON.

Eveniant PETRI *Tibi mores, Geſta* LEPOLDI,
Gloria JOSEPHI, *terque Beatus eris.*

IN IDEM ARGUMENTUM
DELPHICVM SYMBOLUM.



SACER IMPERII TRIPOS
MAIESTATIS FIRMAMENTUM
ÆTERNITATIS BASIS.

(*EX TALI TRIPODE VATICINIUM*)

=*Unus ditavit ſi Cœlum Nomine* JOSEPH, =
Ditabit JOSEPH *Trinus Hic Aſtra, Solum* =

TALI

Apollineus Tripos inventus ac dicatus fertur ad trinam Numinis Majeſtatem, viceſque innuendas, nempe uti Solis, uti Phœbi, ac uti Apollinis, quod perbelle ad rem noſtram, &c.

TALI PRO FAUSTO PARTU

Die V. Maii Ann. MDCCXXXXVII.

EX CLAUDIANO EXULTATIO.

SOlitas galeâ fulgere Comas
Jam CÆSAR *molli necte Coronâ:*
Ceſſent litui, ſævumque procul
Martem felix Lucina releget.
Tractus ab Aulâ rurſus in Aulâ
Rependit Thalamus Patris officia.
Suſcipe in ulnis quæ Tibi pignora
Alma, & fecunda nunc Alvus protulit.
AUGUSTORUM TU *jampridem* GENITOR,
Rurſus es PATER *factus* AUGUSTORUM.
Quæ modo rabies livoris erit?
Vel quis dabitur color invidiæ?
Triplici Nato FRANCISCUS *eſt* PATER,
Triplici Nato MATER *eſt* THERESA.

Age cuncta pulchriori
Redimita vere Tellus,
Celebra THERESIÆ *Alvum;*
Omne nemus cum Fluviis,
Omne canat profundum.

Strepat Iſter, Arnus æquè,
Calamiſque flexuoſus
Leve Mincius ſuſurret,
Et Padus electriferus
Lene defluens ſuſurret.

Strepat AUSTRIÆ *Theatrum,*
Fuit unde ſemen Aulæ,
Ubi plena laurearum
Imperio fœta Domus
Vix enumerat Triumphos.

Habet hinc Avos Maritus,
Habet hinc Puerpera ortus,
Geminâque parte ductâ
CÆSAREORUM *Triplici*
PROLE *reſulget Aula.*

AUTHO-

AUTHORIS AD CUNAM NÆNIOLA.

Auguste Pupe,
Pupule candide,
Qui bene vincis
Et lac, & lilium,
Albamque ſimul,
Aut roſam rubidam,
Verè expolitum
Aut ebur Indicum:

Quem Diva Mater
Jam nuper edidit,
Diviſque Binis
Addidit Tertium;
Austrasio jungens
Fecunda Sanguini
Austriacos Martes,
Sobolemque Sacram.

Cui primo lacte
Venter turgidulus
Jam jam augetur,
Artuſque in Regios
Migrat, atque auræ
Munere fervidus
Mares vagitus
Cogit educere.

Compeſce triſtes
Voces depromere;
Mitte ſingultus,
Conqueri deſine:

Dedecet namque
Dolor Oſtra nimis,
Nec mæror audet
Divos perſtringere.

Pupule belle
Te ſomnus occupet;
Ore ſilenti
Pupule melius
Sopori indulge,
Sic Pupe dulcius
Protrahe ſomnos
Longos, & placidos.

Morpheus adſtat,
Jam Teque deſuper,
Superque Cunam
Conſpergit plurimum
Undique ſuis
Papaver manibus,
Auraque circum
Murmurat lenior.

Conde pupillas,
Conde gemiſolas
Radiantes faces,
Quæ Mundo, quæ Polo
Præ Majeſtate
Nil prorſus invident:
Jam dormi, o Pupe
Magnus, ut vigiles.

REGIÆ

REGIÆ MAJESTATI

MARIÆ ANNÆ JOSEPHÆ

AB AUSTRIA

PIISSIMÆ PORTUGALLENSIUM REGINÆ, &c.

SEQUENS HUMILLIME DICATUR ICON

SIVE CRUX ÆNIGMATICA.

MUNUSCULUM DUODENUM.

ANAGRAMMA.

MARIA ANNA JOSEPHA EX AUSTRIA — 1212.

MAGNÆ LUSITANIÆ * FIDEIQUE PALLADIUM — 1212.

PROSEQUITUR EXASTICHON.

Occiduus Mundus Tibi ſi, ſi paret Eous,
Pareat ob pariter Mundus Uterque CRUCI.
Stemmata ſectatur Crux Veſtra; ubicumque penetrent
Illa, penetrabit CRUX *quoque, & Alma Fides.*
Noſcit Uterque Polus ſed jam Pia Nomina Veſtra,
Sic Veſtro aſſueſcit munere noſſe CRUCEM.

* Proluditur ſummo ſtudio, ac zelo, quo nil minus Ipsa REGINA, quam piiſſimus REX Ejus Sponſus, in Dei cultum, Fidemque propagandam ferventer exardent.

DE SVMMO MAGNIFICENTISSIMO TEMPLO*
AB IISDEM REGIIS CONIVGIBVS
MAXIMO IMMENSO SVMPTV OLISIPPONE EXCITATO, &c.

BREVIS INSCRIPTIO
EXTERNA PRAE-FRONTE APPONENDA

EN HIC PRAEDIVES VTRIVSQVE ORBIS AERARIVM
PRECIOSISSIMVM FODINARVM HORREVM
DITISSIMVS THESAVRORVM THESAVRVS
QVEM DEO TER OPTIMO MAXIMO
SVAE SVORVMQVE AETERNITATI

IOANNES V.

PROVIDE CONSVLENS PRODIGE REPONENS
ITA PALAM EXPOSVIT.
ARGENTVM AB AVRO AVRVM A GEMMIS
GEMMAE A SVPREMA LIBERALITATE DEVICTAE.
NEVTRVM TAMEN ALTERVTRI CEDIT
SED VNVMQVODQVE AD INVICEM
DE MAIORATV TRIVMPHAT.
BRAGANTIAE ETENIM SIMVLQVE AVSTRIAE
ANCIPITI INDECISA VICTORIA
HIC INTVS ADHVC CERTANT
AC DECERTABVNT AETERNAE
PIETAS PROFVSIO MAIESTAS.

PROSEQVITVR EXASTICHON.

Aurea, tu Hieruſalem, ſileas miracula Templi,
Quo majus nullum pagina priſca canit:
Clara micans auro, flammaſque imitante pyropo
Gemmea nunc vere ſurgit in aſtra Domus;
Ignoto ſique Ara Deo CELI ARA *vocatur,*
REGIA *nunc merito dicta ſit iſta* DEI.

* Proluditur innumeris coacervatis Gemmis, Argento, ac Auro, quibus talis undique pollet moles, ſive Eccleſiarum Archetypa.

IN SUBIECTAM CRUCEM
BREVIS ADNOTATIO.

Aſcendas Navem, puppim, proramque recidas:
Ac bene te in Portum protinus illa vehet.

APpoſita ſubſequens Figura (nec facillime elaboranda) meritò dici valet Labyrinthus Elementorum, ſive litterarum Ænigma, denuo continens officioſiſſimas, atque interim ſupremas Authoris ſalutationes, quæ undequaque, ac diverſimode leguntur ſumpto initio a præcipua Littera A, quæ adinſtar centri in medio conſtituitur; unde cunctæ inſervit lectioni, ordine, ac methodo, quam inſpicies tam directe, quam ex lateribus: a quorum productis extremis, ſeu prominentibus cellulis gradatim mutuantur vocum deſinentiæ, atque ita


In ſuperiori capite legitur per totum
AVE TV FRANCISCE IMPERATOR.
In inferiori æquè legitur per totum
AVE TV MAGNVS FRANCISCE DVX.
In dextro latere ſimul per totum
AVE TV THERESIA IMPERATRIX.
A lævâ pariter per totum
AVE TV DIVA THERESIA REGINA.

Reliquæ verò, quæ mediæ inter latera aſſurgunt lectiones ulterius nil indigent explicatione.

DISTICHON.

Alpha & Omega fuit ſi jam Crux alma Salutis,
Sic Alpha & calami Crux ſit Omega mei.

Non temere ſubjicitur CRUCIS Icon, cum quâ proluditur CÆSAREÆ Exaltationis diei XIII. Septemb; quando nempe ingreditur Sanctiſſimæ CRUCIS Exaltationis Feſtum, nec non Hieruſalem Regis Titulo, tam merito ab Electo ſervato, &c.


CERTANT SPLENDORIBUS ÆQUIS
VIRTUTIS
PARELIUM
ET GLORIÆ
ECCE SALUTARIS MODO CRUX, SI NEMPE SALUTIS
INTUS ET EXTERIUS TOTA REPLETA MICAT.
Eustach. Cartoli Auct. Inv. et Delin. An. 1747.
N.V. Sculp.

DIVI MARTYRIS PONTIFICIS STEPHANI
SACRO-ILLUSTRISSIMO EQUESTRI ORDINI
CUNCTISQUE OMNIBUS SUB EODEM MILITANTIBUS
HUMILITER DICATUR.

Sequens Ipſius CRUCIS *Exemplar.*

EPIGRAMMA.

ILluſtres Animæ, æternumque in nomen ituræ,
 Virtus quas peperit, quas alit almus Honos:
Queis Hæros Cœleſtis ineſt, queis pectora fulgent
 Jure cruentato Stemmate, nempe CRUCE:
Ecce ſequens Icon Vobis, Signumque dicatur,
 Sub quo pugnare, & vincere ſemper idem.
IN SIGNO HOC VINCES, cecinit CRUX fulgida quondam,
 IN SIGNO HOC VINCES, CRUX modo Veſtra canit.
Hinc maiora manent, vos expectantque trophæa,
 Dum gerit AUGUSTUS munia ſumma DUCIS.
Pugnaces animos ſub Tanto haurite MAGISTRO,
 Gloria ſic Vobis Dux erit, atque Comes.
Felices Animæ, quas nunc ex axe tuetur
 Alter de STEPHANIS, Alter in orbe regit.
Credite jam certas palmas, nam cœlitus Ille
 Prœlia vos docuit, vincere at Iſte docet.

Digitized by Google

SUBIECTÆ PARITER CRUCI ARRIDET LEMMA

Decoro quia Decoror.

HEroum decoro quantum pia pectora, tantum
Pectore nunc decoror fixa ego CÆSAREO:
Extrema hæc Decoris meta eſt, gaudete Sequaces:
Nec mihi, nec Vobis altius ire datur.

SEQUITUR DISTICHON ANAGRAMMATICUM

P R O G R A M M A.

DIVI STEPHANI jam Pont. Crux ——— 1345.
Pectora Nobilium Decorat magis icpsa Decora: —— 1345.
Facta probat, facienda docet, ſublimia ſpondet —— 1345.

O tutela ſingularis,
O præſidium Terræ & Maris,
Lapis o Quadrangularis,
Spes quo inhæret ſalutaris!

Calcar Tu Viris Præclaris,
Gloriæ Tu Stella Polaris,
Tu Virtutis Militaris
Dux, Lux, CRUX, jure vocaris.

Tu proprio marte
Deperdis claſſes,
Deludis arte
Lunatas aſſes.

Hoſtes Tu prohibes,
Tu fugas Thraces,
Tu Odryſias cohibes
Cædens Audaces.


Sis Æterna
Sempiterna
Crux Hodierna,
Cumque luce
Summo in Duce
Regna talis
Immortalis
Amen.

DIVI

DIVI STEPHANI INSIGNIA

QUORUM IPSEMET CÆSAR TALE SORTITUS NOMEN SUPREMUS EXTAT MAGISTER.

Sed magis exultat Tanto præ Corde refulgens:
Pectore nec poterat Nobiliore frui.



Divus lætatur STEPHANUS, dicamque ſuperbit,
Illius AUGUSTUS dum gerit Orbe vices.

E X A S T I C H O N.

Quam bene ſæpe ſuis reſpondent Nomina rebus,
Si STEPHANI *Nomen, Munus & Ille gerit.*
Ambigitur qualem STEPHANUM *præſentet in Orbe?*
Jam conſtans animo ter bene Utrumque refert:
Quin etiam TRINUM, *dum nunc Germania Regem*
Hungariæ invideat non habet unde ſuum.

IN

Summis Tribus proluditur STEPHANIS PROTOMARTYRI ſcilicet, Pontifici, & Hungarico, ſimulque REGNANTI, quibus omnibus æquè Lemmatis verba conſonant.

IN POSTREMUM DEVOTIONIS ARGUMENTUM
HUJUSMODI SYMBOLUM SUBDIT AUTHOR
=*HUMANUM PINGATUR COR*, *ALIS*, *PRÆPETIQUE VOLATU*=
=IN BICIPITEM ADSTANTEM AQUILAM=
=MAGNETICA QUASI VIRTUTE PRÆRAPTUM=
CUM LEMMATE

Sponte Trahor.

EPIGRAMMA.

Sentio, Cor noſtrum, traheris quò ſponte migrare
Ambis, jamdudum quò tua vota petunt.
Ter felix pergas; ſed ſi Te ſcripta magiſtro
Hæc dedimus, peragri dux quoque vade libri:
Quòque vocant vos fata, humiles protende volatus,
Nec reditum quæras, quære ſed Hoſpitium;
Quo ſi digneris, nullos meditare regreſſus,
Aſt ubi ſiſtet opus Tu requieſce ſimul.
Felices erimus ſic Ambo in CÆSARE, *ſemper*
Ille meo vivet pectore, tuque in Eo.
Vivo Ego, non Ego (*ſervato ſed numine Summo*)
In me jam vivit CÆSAR, *& Alma Comes:*
Hoſque Biceps declarat Avis, magnetica cujus
Vis modo dupliciter Te trahit, atque rapit.
Nec mirum alliciunt ſi Te tam ſuaviter Ambo;
Virtute Ille trahit, Moribus Illa rapit.

Qui taccio finalmente,
Poichè ragion conſente,
Che in favellar di LOR ſono egualmente
E gran colpa, e gran fallo il troppo, il niente.

EVEN-

EVENTURO DENIQUE TEMPORI
HUJUSMODI SCRIPTA COMMENDAT AUTHOR.

QUATUOR ULTRA VIGINTI CARMINA.

HÆc quoque nunc demum, Tempus, tibi carmina mando:
Tempus edax, quod cuncta voras: tu exoro Precantis
Heu parcas, ſi Fata ſinant, hucuſque labori;
Hunc ſaltem ſervare velis: tu hunc vivere in ævum
Suſtineas, quæcumque Libri ſi pagina paſſim
Nomine Cæsareo rutilat: Contentus abibo
Tempora ſi vivat quotquot jam Nomina tanta
Sæcla ſubire merent, ac ſpero æterna ſubibunt.
Has habeat præſens ætas habeatque futura
Chartas, nec citius volitent ludibria lethi.
Digna favore manet Majeſtas inſita in illis;
Unde precor ſolitas ne infenſis unguibus iras
Exercere velis: Vinci patiare precamur.
Sic Titulos * ſerves (Stirpi quin adjice cunctæ)
Contulit in munus Fratri, quos Carolus olim.
Sed magis Augustis parcas vitalibus annis,
Qui totidem redeant, quot Scriptis denique in iſtis
Enumeras verſus, ac intus verba notantur.
Sæcla Deos æterna decent, æterna triumphent:
Utque unquam cœptis non deſit Faſcibus Heres,
Procedat Trabeata Domus, Sceptriſque paretur
Integra Poſteritas; ſervato hinc ordine Fati
Mutua Continuo decurrat Cæsare Proles.
Sic cum Prole Pià Tu vive Theresa Maria.

DISTICUM CHRONOGRAPHICUM AC NOVISSIMUM

MunDo eCCe eXultans eXcelXa, ac maXima VIenna,
eXtat SeptembrIs nam benedIcta DIes.

13. Settembre 1746.

* Proluditur Marchionis Titulo, quo Cæsar Carolus VI. famulatum Alexandri Cartoli, Authoris Germani Fratris, inſignire dignatus fuit.

AD PRÆLAUDATUM
NUNQUAM TAMEN SATIS CELEBRATUM POETARUMQUE FACILE PRINCIPEM
PETRUM METASTASIUM.

INcola Viennenſis (*quaſi jam Germanice*) *ripæ,*
O METASTASI, *gloria prima togæ:*
Non te celabis ſublimi pectore Vates,
Cui Thronus Auguſtus præmia digna refert;
Per quem Caſtalius pleno torrente triumphat,
Unde Novem Dominas tu ſaturare ſoles;
Cujus Pimpleo Lyra clarior exit ab antro,
Quem plus Pierio de grege Phœbus amat.
Dii tibi dant quidquid ſcriptis, ac mente mereris,
Et rata perpetuo quæ tribuere velint.
Dignus es ut totum poſſis ſervare clientem,
Ut (*liceat tantum vera probare*) *potes.*
Oh tua, quam mea ſors melior! ſi tam prope fas eſt
Cernere, tam longe quos colo & ipſe DEOS.

Sic te ſerior, ac beata quondam
Salvo CÆSARE *finiat ſenectus,*
Et ſis invidiâ favente felix:
Admittas timidas, breveſque chartas
Intra limina ſanctioris Aulæ:
Noſcis tempora tu JOVIS *ſereni,*
Cum fulget placidus, ſuoque vultu,
Quo nil ſupplicibus ſolet negare:
Sic tamquam nihil offeras, agaſque,
Ultro forſitan hunc petet Libellum.

DE

Martialis exaravit — Euſtachius collegit.

DE EODEM METASTASIO AD LIBELLUM

MARTIALE PARITER SUPPEDITANTE

SI vis auribus Atticis probari,
Exhortor, moneoque te, rogoque
Ut tanto placeas Viro Libelle:
Nil exactius, eruditiuſque eſt,
Sed nec candidius, benigniuſve.
Si te pectore, ſi fovebit ore
Non ronchos metues maligniorum.
Te ſi terſerit aure diligenti
Audebis minus anxius, tremensque
Magni Cæsaris in manus venire.

Ohe jam ſatis eſt, ohe Libelle:
Jam Lector queriturque, deficitque,
Jam Librarius hoc & ipſe dicit:
Ohe jam ſatis eſt, ohe Libelle.

Majores majora ſonent, tibi parva locuto
Sit ſatis in tantas poſſe venire manus.

Mætastasius——————717.
Magni Cęsaris Cicgnus——————717.
Magnæ et Germaniæ ac Italiæ Apollo——717.

Scribenti Calamo hîc aliquantula requies,
non FINIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

Modo pro Coronide hîc inferir, ac ſubdit Author Sex Originalia Scriptorio Calamo ad amuſſim exarata, omnigenos quaſi Flores eximie repræſentantia: Totidemque pariter conſuenda rradidit in Libro Augustissimæ Theresiæ directo, unde pro tali argumento in ſubſequens deſcendit.

EPIGRAMMA.

IN confecta manu Sexena hîc pagina adhæret,
Quam finxit Calamus ſcriptili in arte potens.
Multigenos Flores deductos ordine miro
Quælibet ad vivum charta notata refert.
** Scripta tulit Calamus, Calamus tulit atque Figuras,*
Iungitur unde ſimul ter bene uterque labor.
Sic totidem folia Augustæ *conſecro* Theresæ,
Inque ſuo occurrunt illa redacta Libro.
Compartita dico prout Cor partitur in Ambos,
Nec dare plus valeo, nec magis arca tumet.
Pauperiem noſtram ni dedignamini Uterque,
Hoc totum, ſpero, pignus amoris erit.

* Præſens intelligitur Liber Sistrum nuncupatus, recte tamen Omnigena Humanioris Minervæ Experimenta, ſeu verius Cordis Calamique Palæstrium dicendus.

IN IDEM ARGUMENTUM.

ALIUD EPIGRAMMA.

Lauribus AUGUSTIS *nec Floſculus ipſe repugnat,*
Auget contextus ſed magis ille decus:
Hanc ideo Vobis de Floribus addo Corollam,
Namque coronabat Flos quoque ſæpe Deos.
Dignius at nuſquam redimivit Templa Deoſque,
Quàm cum Vos hodie Flora vel ipſa colit.
Flora Dea eſt Florum, Florum Florentia nutrix,
Vos modo Sol geminus, quælibet unde viget.
Sic utraque ad DOMINOS *venit ambitioſa, rogatque*
Lauribus AUGUSTIS *nectere poſſe roſas.*

Præfata deinceps ſuccedunt Originalia, quæ ſingularitatis causâ cunctis in aliis Exemplaribus proferri nequeunt; unde Lector benignè ſe habeat, prout auſpicor, &c.

IN SUBSEQUENTIS PAGINÆ DECLARATIONEM

=Pingatur Ager Meſſoribus refertus, quorum plerique=
=detruncatam devehant meſſem = Item in obliquâ=
=parte Sol occiduus, quaſive caſurus=
=cum Lemmate=

Jam ceſſare jubet, collectaque reddere tectis.

QUO EFFATO
ABSOLVENDI LIBRUM, ILLUMQUE CONTEGENDI
TEMPUS INNUITUR.

PRÆMITTENDUM TAMEN OCCURRIT.

Quod ornatus nil minus, quam Cordis gratiâ in duplici demum, ac in interiori utriuſque præfati Libri cortice alligatæ traduntur quatuor ex aurichalco Laminæ, egregie jamdudum per famigeratum *Paulum Brilli* de more depictæ, varimodè Venatus, Nemora, Sylvas, cæteraque id generis exhibentes: Qua de re ſequentia leguntur offertoria Carmina, earumdem cuilibet deſuper, ac inferius ita propemodum appoſita = nimirum.

Hic tibi ſi, Lector, dicta Exemplaria deſunt,
Quomodo ſeſe habeant pagina verſa refert.

Digitized by Google

In primâ ad CÆSAREM Libri-thecâ.

Admittas, AUGUSTE, *precor quod Brillius olim*
Pinxit opus, noſtræ dona puſilla manus.

LAMINÆ LOCUS

* 

Ars illum celebrem reddet, me audacia doni;
Gratius at munus Pauperis eſſe ſolet.

In poſtremâ.

Arma, Virumque decet bene quam Venatio & ipſa!
Hac etiam colitur, Martis, & enſis honos.

LAMINÆ LOCUS

* 

Hinc inde has claudit Chartas Nemoroſa Tabella,
Ut pateat cunas hinc habuiſſe Librum.

* Demonſtrationis tantum causâ hujuſmodi apponuntur Teſſeræ, non jam quod cogniationem ullam, aut ſimilitudinem habeant cum depictis Originalibus, &c.

Digitized by Google

Digitized by Google

Sic in AUGUSTISSIMÆ primâ.

Hîc modo quæ proſtat Brillus depinxit opellam;
Pars, Augusta, *ſinas ſit quoque ut ipsa Libri.*

LAMINÆ LOCUS



Quæ mibi ſunt tribuo, majora excludit egeſtas;
Dono quod arca ſinit, damno quod arca negat.

In alterâ vero.

Æmula Naturæ quam poſſit dextera cernis,
Audax aggreditur qualiacumque color.

LAMINÆ LOCUS



Ars Te utinam, Moreſque Tuos effingere poſſet:
Pulcbrior in Terris nulla Tabella foret.

= Martialis =

Digitized by Google

Digitized by Google

IN LIMINE COLLIGANDI LIBRUM
Nova, ac iterata in AUGUSTISSIMA Conceptio
PUBLICO VULGATUR NUNCIO, UNDE
PRO QUARTO REGIO-AUGUSTO
NASCITURO INFANTE
TALE DE MORE PRÆMITTITUR

ANAGRAMMATICUM OMEN

MAR. THERESIA Imperatrix Regi: — 1184.
Quartum FILIUM cita dabit ——— 1184.

SEQUITUR EPIGRAMMA.

Geſtat, io, geſtat renovato ventre THERESA
GERMEN, *cui ſpondent Maſcula fata dies:*
Iamque dabit Quartum cita Divum; plaudite Gentes,
Ortus & Occaſus, plaudite utrique Poli.
Sim vates: pia fata precor mea vota ſequantur,
Quatuor ac Orbem tunc Elementa regent.
Quam bene & Hi Nati ſtabunt fulcimina Mundo,
Quatuor in partes ſi quoque & ipſe viget.
Mira ob fertilitas! Naturæ en FEMINA *præſtat:*
Terras Illa viris, complet at Iſta Deis.

IN IDEM ARGUMENTUM.

DUMQUE TALIS FILIUS HABETUR PRO NATO.

SYMBOLICA PROLUSIO

=Medio in Orbe, ac Circo pingatur lapis=
=Quadrangularis cum Quatuor Natorum=
=Nominibus quolibet in angulo ſingu-=
=latim adnotatis, ac Lemmate=

Circus Quadratur, & Orbis

EPIGRAMMA.

ILLI *quem nondum huc uſque invenere Sophiſtæ,*
Invenit tandem Diva THERESA *modum.*
Fruſtra agitant alii curas, animoſque fatigant;
Mente quod hi nequeunt, Fœtibus Hæc potuit.
Quadrandi eſt Circum vere amplexata laborem,
Orbem Quadratâ ſi modo Prole replet.
Jam Natæ exiſtunt Quatuor, Natique tot ipſi,
Qui Quadrant Orbem, non tamen uſque Domum.
Gignat adhuc utinam, tantæ Proliſque Parenti
Invideat Niobe fertilitatis opus.

CLAU-

Enumerat totidem quoque præſens Author; at illi
Quam grave! In AUGUSTIS quam leve pondus erunt.

CLAUSULA FINALIS
SEU VICE-SIGILLI TYPUS.

NUnc, AUGUSTA DOMUS, *concede ut Symbola ponam,*
Queis demum obſignem Scripta, Animumque meum.

Subjectum Signum Vos eſtis, CÆSAR *&* UXOR,
AMBO UNUM *facitis, quo meus hæret Amor:*

Nulla in Amore datur nam libera copia: ſi ſit
Compartitus Amor, non erit ullus Amor.

Proh Superi, oh quales leges perfectè adamandi,
Oh qualis moles, quale opus unus Amor!

Iure Meum Perfectum inquam dum tendit ad Unum,
Cunctaque in hoc UNO *vota beare licet.*

Oh cæleſte UNUM *Terris ex Axe paratum!*
UNUS *ut in Cœlis,* UNUS *ut Orbe micet.*



ULTIMA PETITUR CESSANDI VENIA.

Quod caret alternâ requie durabile non eſt;
Hinc tibi ſit, Lector, ſit mihi parva quies.
Non tamen ipſa quies operoſa in carmina ceſſat,
Aut ſinit ignavos ire redire dies.
Iam canere aggredior Bellum, Pacemve patrandam:
Hanc Dii dent Orbi, det mihi Apollo melos.
Sed quodcumque canam, ſemper Cœleſtia cantus
Argumenta mei CÆSAR *&* UXOR *erunt.*
Huic etenim vovi Domui Calamumque, Lyramque,
Huic voveo Mentem, Pectora, Corda, Fidem:
Huic Natos voveo quatuor, Nataſque tot æque;
Ultra quid voveam nec mihi jam ſupereſt,
Aſt equidem fallor: Cineres quandoque ſuperſunt,
Hoſque vovere ſimul meta laboris erit.
Denique tempus adeſt, quo Muſæ ad caſtra recedant,
Prata bibere ſatis, claudere præſtat aquas.
Res anguſta Domi negat ultra extendere prælum,
Unde Tibi en ...., & ecce Libri.

· FINIS · FINIS ·

AD EXCELSUM BAUKWENSEM PRINCIPEM
IN SUPREMO ETRURIÆ REGIMINE
A CÆSAREO MAGNO DUCE FRANCISCO
PRÆSIDEM TER OPTIME MERITUM

Anagramma Litterale Purum
Unâ tantùm inversâ N in E

PRINCES MARCUS È CRAON
ARNI SUM ECCE PRO-CÆSAR.

SEQUITUR EPIGRAMMA.

ARni equidem PRO-CÆSAR *ades, tantæque ſupremas*
Majeſtatis agis ter bene, MARCE, *vices.*
Nec mirum; Speculum FRANCISCI *maxima virtus*
Stat Tibi, & a ſummo lumine lumen habes.
Fortunate Heros, tantâ qui luce magiſtrâ
Immenſæ diſcis currere laudis iter.
Non nocuiſſe ulli, vireſque habuiſſe nocendi,
Prima eſt AUGUSTI *gloria, prima Tui.*
Ergo age, cumque Illo quamplura in ſæcula vivas;
Utrius ac toto Nomen in orbe ſonet.
FRANCISCI *reſonet Nomen, quia Maximus Ille eſt*
Virtute, ac recto Maximus Imperio:
Tu, quia FRANCISCI *mores ſectator adoras,*
Et ſequeris, cumulas Nomen in orbe Tuum.
* *Orphanus at ſentit ſi plus Te quiſque faventem,*
Hunc tueare, precor, dirige & Ipſe Librum.

IN

* Orphanus utique diei poteſt hujuſmodi Libellus, quem non levi ſtudio, labore, & impenſis licet confectum, ipſius Author, quia pedibus interim correptus, ac æger, ulterius traſmittere, vel circumferre minime valet, unde Diis Bonis, ac Faventibus iterum Illum, ſeſeque ſimul iterumque commendat.

IN IDEM ARGUMENTUM
ETRUSCUM EPIGRAMMA
(Vulgo)

S O N E T T O.

QUalor, Principe Eccelso, ergo il penſiero
A Tue bell'Opre, ogn'Opra Tua mi addíta,
Che dell'Oro all'Età rendi la vita,
Che di eroiche Virtù calchi il ſentiero.

Quindi due luſtri de'Tuoi Pregj altéro
Va il Toſco Regno, e la ſua brama unita
Del Grande Augusto alla Pietade Avíta,
Te ne desía a prolungar l'Impero.

L'Arbia Ti applaude, e co'i loquaci argenti
Di tante Grazie Tue colmo, e fecondo
Arno, ed Ombron riſuona in tali accenti:

Ecco tra Noi ſoſtien di Giove il Pondo
Nel breve ſeno dell'Etruſche Genti,
Chi ben ſaprebbe governare un Mondo.

Digitized by Google

A SUA ECCELLENZA

IL SIGNOR PRINCIPE DI CRAON

PRESIDENTE DELL' IMPERIALE CONSIGLIO DI REGGENZA DELLA TOSCANA.

SE quella profondiſſima Venerazione, che per ogni titolo devo, ed umiliſſimamente conſervo, e profeſſo all' Augustissimo Noſtro Monarca CESARE, è di ſua natura eſtenſiva ancora a Chiunque da Lui dipende; quanto più doverà ella eſſer

tale

Eidem Principi *pro tali Libello Epiſtolaris Italicæ Commendatio.*

tale verſo di Quelli, che di Lui le maggiori Veci ſoſtengono? Uno tra queſti bene avventurati Atlanti ſi è l'Eccellenza Vostra, cotanto degnamente preſcelta, e confermata da quella Gran Mente, per felicitare al colmo la Toſcana tutta, coll'attuale grazioſiſſima Preſenza Voſtra, alla direzione di tal Dominio, ſpecialmente affidato alle Voſtre indefeſſe cure, colle quali giornalmente cumulate Gloria, ed Amore ad un tanto Monarca, ſommo Merito, ed Eſtimazione a Voi ſteſſo, e tutta la più deſiderabile tranquillità alla Toſcana Provincia, cui non del tutto laſciate riſentire colla ſomma Provvidenza Voſtra la Cesarea deplorata privazione, unico, ed amoroſo lenitivo per raddolcirne la Piaga: = *Abſentem in Adſtante veneramur, & colimus: Vera Bonitatis ille Imago; Tu ſpeculum, in quo illam admiramur, dum iſtud contemplamur, veluti utriuſque participes* = Così, mercè le di Voi ſapientiſſime attenzioni, può ben Ella compiangere l'aſſenza del ſuo venerato Monarca; ma non giammai la mancanza di un Saggio vigilantiſſimo Padre, la di cui vaſta Mente eſſendo un vivo erario delle Cesaree intenzioni, e penſamenti, viene ad eſſere ancora l'ineſauſta Sorgente delle più benefiche Idee, che ſopra di Noi influiſcono. Sotto sì alto Patrocinio adunque ardiſco adeſſo inchinarmi ancor io unitamente con queſti miei

rozzi

rozzi Fogli, continenti quaſi ogni genere di Letterarj Componimenti, umiliſſimamente già conſacrati in fronte alle CESAREE Sovranità delle MAESTA' LORO IMPERIALI; ma non però ardimentoſi di eſporſi a tal volo ſenza potente ſoſtegno: riconoſcendoſi troppo manchevoli della opportuna lena per ſoſtener le vertigini di sì alto paſſaggio. Gli predetti Componimenti quanto ſi confeſſano languidi per mancanza di vitale ſpirito, altrettanto però animati dal più fervido del cuore, e dagl' inſerti frequenti CESAREI glorioſiſſimi NOMI, che come Supremi Pianeti, meglio talora fiammeggiano tra le tenebre di una inculta Penna, che nel meriggio di chiariſſimi ingegni.

Uſcirebbero però in parte dalle dette native tenebre, ſe l'ECCELLENZA VOSTRA con benigno aſſenſo non diſapprovaſſe il celere meditato lor volo, con farſeli in oltre fauſtiſſima Cinoſura al deſiato Porto, acciocchè meno ſgradevoli quivi giunger ne poſſano con tale ſcorta; come reverentemente ſupplico, e confido, quantunque non ſenza taccia di preſunzione. Ma quella Fama, che nel promulgare gli ecceſſi della Voſtra eſtrema Clemenza ſi è di già conquiſtato il bel titolo di veritiera, mi ha ſaputo ſedurre da sì importante refleſſo, con invitar me ancora, ad onta del mio niun merito, al godimento di eſſi; generoſa primizia de' quali (e ſia queſto

l'ambito preliminare) mi ſarà ſempre, ſe l'ECCELLENZA VOSTRA, uſando della incomparabile benigniſſima gentilezza ſua, ſi degnerà permettermi, che io con profondo reiterato oſſequio mi qualifichi

DI VOSTRA ECCELLENZA

Di San Marcello 6. Dicembre 1747.

Umiliſſimo Divotiſſimo ed Obbligatiſſimo Servitore
Euſtachio Cartoli.

PRÆCLARISSIMO DOMINO DOMINO

HIC INFERIUS ENUNCIATO

PLAUSUS ANAGRAMMATICUS.

COM: EMANUEL DE RICHECOURT —931.
O Etruriæ Salus! ————————931.
O Cęsaris ardens IMAGO VERA!—931.

SEQUITUR EPIGRAMMA.

O *Decus*, *atque* SALUS ETRURIÆ, IMAGO*que* VERA
CĘSARIS O ARDENS, *Principis Oque nitor!*
Nominis Auguſti tam per Te gloria creſcit,
Facta ſit ut laudans noſtra Thalia minor.
Æſtuat impatiens hæc Noſtris plaudere Divis;
Sed ſine Te nihilum, nilve favente valet.
Quàm bene jura tenent ſua nunc, Te vindice, leges;
Aſtreæ ac Lances quam bene firma manus!
Aurea ſi effœtum Te Terris Sæcla dediſſent,
Tractare Imperium pro Iove natus eras.
Pro Iove ſed tractas etiam modo jura ſuperna,
Invida nec priſcis Sæcula Tuſca fluunt.
CÆSARI *& hoc grates mage ſint pro munere; miſit*
Qui per Te mores in loca noſtra Suos.

AD CLARISSIMUM EUMDEM DOMINUM SED A PUBLICIS MODESTE NIMIS ABHORRENTEM LAUDIBUS.

EPIGRAMMA.

Quid laudandus ades, Laudum præconia vitans?
Juſtitiam peragis, Juſtitiamque negas.
Recte operari, laudes & propellere, non eſt
Mos Divum, aut Hominum; Gloria at una Tui.
Publica nam calami prohibere ac munera Famæ,
Eſt calami, ac Famæ ſollicitare tubas:
Maximus eſt plauſus meritos contemnere plauſus,
Difficile a plauſu ſed prohibere viros.
Quiſque Tuis certat parere ac juſſibus ambit,
Juſſus qui abſtineat plaudere nullus erit.
O memorande Heros; vivens celebraris in orbe,
Nec jam poſt cineres gloria ſera venit.
Illa Tibi ante obitum debetur: Prævia quamvis,
Non tamen in Te uno confluit ante diem.
Promeruiſſe Tibi ſatis eſt ſed non ſatis Orbi:
I' nunc, & laudes, ſi potes, ergo veta.
Cuncta potens, proprias nequis ò extinguere laudes,
Atque Tibi hoc unum non licuiſſe licet.

MARMO-

MARMOREVM DE EODEM PRAECONIVM
FLORENTINO IN CAPITOLIO APPONENDVM.

JVSTVS, AMANS, PRVDENS, VIGILANS, AC PROVIDVS ISTE EST,
QVEM LEGIS. AH TANTO TV QVOQVE PLAVDE VIRO.

A. P. R. M.
AMPLISSIMO . DOMINO
CLARISSIMO . VIRO
PRAESTANTISSIMO . PRAESIDI
EMMANVELI . COMITI . DE . RICHECOVRT
FRANCISCI I. CAESARIS AVGVSTISSIMI
SANCTIORIBVS . A . CONSILIIS
A . SVPREMIS . FLORENTIAE . COMITIIS
VNIVERSIS . IN . ETRVRIA . AERARIIS
INTEGERRIMO . PRAEFECTO . SVMMO
HONORATISSIMO . TRESCHIETI . MARCHIONI
DIVO . SVB . STEPHANO . P. M.
EXIMIO . PRIORI . MILITI
CVNCTA . OMNIA . AD . NEGOCIA
SEMPER . SEDVLO . INDEFESSO . PERVIGILI
OB . EIVS . ERGA . OMNES . AMOREM
PRO . OMNIBVS . AEQVITATEM
IN . OMNIBVS . PROVIDENTIAM
TAMQVAM . PATRONO . SVO . DILECTISSIMO
PROBATISSIMO . FIDELISSIMO
TOTIVS . ETRVRIAE . ORDINES
IN . GRATIARVM . DEO . ET . CAESARI . ACTIONEM
GRATI . HOC . ANIMI
PROQVE . ILLIVS . DIVTVRNITATE . VOTIVVM
AVSPICATO . MONIMENTVM
A. CIↃ. IↃ. CC. XLVIII. LAETISSIMI P. P.

DE AMPLISSIMIS AMBOBUS

PRAELAUDATIS DOMINIS

ARNI FLUMINIS CONTESTATIO.

CASTORI SVO POLLVCI SVO
MARCO ET EMMANVELI
SVI . NIL . MINVS . POTISSIMIS . TVTELARIBVS
QVAM . TOTIVS . ETRVRIAE . FAVSTISSIMIS
PRO-CAESAREIS . LARIBVS . AC . PENATIBVS
VNDEQVAQVE . TER . OPTIME . MERITIS
VIVENTIBVS . FAVENTIBVS . IVVANTIBVS
BENEFICIORVM . MEMOR
BENEFACIENTIBVS . GRATVS
VOTI . REVS . QVIA . VOTI . COMPOS
MEMORIALEM . HVNC . INTERIM . LAPIDEM
STATVIT . ARNVS
EISDEMQVE . PLAVDENS
ITA . METRICE . PROSEQVITVR.

PUlcbrius en Cœlo Cœlum Florentia jactat,
Illi è quo præſunt Lumina Magna Duo.
Exulat at ſemper Nox: Bini lumine Soles
Continui geminant, perpetuantque Diem.
Semper Sole rubens, Naſo, eſt mea Zona coruſco;
Aſt habitata Viris, Semideiſque ſimul.
Hos modo cum Virtus toti patefecerit Orbi,
Non habet ulterius Fama ubi Eos celebret.
Quanta ſit Augusti, *qualis clementia Regni,*
In bino hoc Aſtro noſcere quiſque poteſt.

Succedunt aliquot Epigrammata
Noviſſimo
In Obitu SEPTIMÆ CÆSAREÆ-AUGUSTÆ
VIX NEO-NATÆ INFANTIS
Die 17. *Septemb.* 1748.

Digitized by Google

TALI OCCASIONE CÆSAREAM ERGA DOMUM AUTHOR

DENUO, SUMMUM ATQUE ÆTERNUM PROFITETUR STUDIUM.

EXASTICHON.

SI, poſt fata novos Animas errare per artus,
Vera ſorent Samii Dogmata nota Senis:

Nec pote mens eadem mutari, ſeu ferus altis
Erret Aper Sylvis, ſeu vaga cantet Avis;

Ipſe ego (mens quoniam ſtat Divis plaudere ad Iſtrum)
Surgam CÆSAREUS *Cycnus ab exequiis.*

Ex Sannazario.

Talia uti neceſſe fuit, extremo reponuntur loco, utpote expleto jam Libro, noviſſimè condita.

IN PROPOSITUM ARGUMENT.

DISTICHON PRIMUM.

NATA, *patet, Terris cur ſit ſublata repente;*
Ditari impatiens ſcit quoque furta Polus.

DISTICHON SECUNDUM.

V*IX nata, ut verè ex Aquila ſe comprobet ortam,*
DIVINUM SOLEM *ſuſtinuit ſubito.*

DISTICHON TERTIUM.

E*N Tres Accipitres, facti tot in Axe Columbæ;*
Ut Polus ipſe gerat STEMMATA CÆSAREA.

DISTICHON QUARTUM.

NATORUM DECIMA *extabat, quæ hâc conditur Urnâ:*
Exactis DECIMIS, *nil* DEUS *inde petat.*

SEQUITUR TETRASTICHON.

ORBIS *ne Solus jactet Miracula Septem,*
En Septena Polis addita Gemma fuit.
Femina SEPTENA *ex ortu, ſed* TERTIA *Letho;*
Cui magis ex iſtis plaudere fas Numeris?

EPIGRAMMA PRIMUM
PROLUDITUR DUABUS PRÆDEFUNCTIS SORORIBUS.

Rapta fuit Terris prius UNA, *inde* ALTERA NATA,
TERTIA *nunc pariter talis ad aſtra volat.*
Nec mirum: In Cœlis quævis perfecta morantur;
Perfectum eſt Trinum, convenit ergo Polis.
Emicat immenſo ſaturata Hîc lumine, & addit
Sidera Sideribus, Sideribuſque jubar:
Addit & AUSTRIACO SOLI *nova flumina lucis,*
Quâ late exardens ridet inane Solum.
Felices Animas! quibus it comes Iſta per auras,
Æthereaſque datur ſic habitare Domos.
Verum tam velox, rapidiſque evanuit alis,
Ut potius Raptam jure fuiſſe putes.
Rapta tamen Cœloſque beat, Cœliſque beatur;
Et ni rapta foret, fors minor Illa foret.
Diſcite, Mortales, quandoque & plaudere Morti:
Tot cita ſi donat, ſera quot ergo dabit?

EPI-

EPIGRAMMA SECUNDUM.

MUnificum Menſem Hunc dicam, ſi CÆSARI *in Orbe,*
NATÆ *ſi in Cœlis, nunc Diadema dedit.*
Hoc nitet immotum, Primum ſed labile fulget;
Poſtmodo at æternum ſtabit utrumque ſimul.
Una PATREM, MATREM *redimet,* NATOSQUE *Corona;*
Tunc Berenicis erit, veraque in Axe Coma:
Quin Soboles Dena uſque huc, Supremique Parentes
Majora Aſtra dabunt, ZODIACUMQUE NOVUM;
In quo ſit Genitor LEO, *Mater fulgida* LIBRA,
Diva dein Proles cætera Signa notet.
ARCITENENS *Joſeph,* TAURUS *ſit Carolus æquè,*
Contra Hoſtes ARIES *Petrus & eniteat.*
SCORPIUS *in Satan ſit Prima, ſit* AMPHORA *honoris*
Altera, ſit CANCER *Dæmonis alma Soror,*
In Stygias ſit Quarta CAPER; *Poſt aurea* VIRGO
Sit Defuncta prius, quam ſociabit amans
Poſtera uti GEMINI; *nocuis fugitivus ab undis*
Ultima ceu PISCIS: *Zonaque conficitur;*
Per Quam perpetuò diſcurrens Ipſe DEUS SOL,
LUNAQUE VIRGO *Parens, ſæcla beata dabunt.*

EPI-

Digitized by Google

EPIGRAMMA TERTIUM.

CÆSAREA *attigerat vix* INFANS SEPTIMA *lucem,*
Lucidior Sacris vixque refulxit aquis:
Cum ſubito elatis oculis ſuper ethera vecta,
Inter Cœlicolas cuncta videnda videt.
Hic miratur AVOS, PROAVOSQUE, ATAVOSQUE, SORORES,
Quotque Suo Duplici Mors tulit e GENERE.
Tunc reditus oblita, Polo ſimul Ipſa remanſit,
Illic nam propriam credidit eſſe Domum.
Sic velox ſortita DEUM, DIVOSQUE, SUOSQUE,
Dum melior vivit, mortua dicta fuit.
Credita at oh male res! Confeſtim acquirere Cœlos,
Hoc vixiſſe diu eſt, hoc ſenuiſſe ſatis.
Invideant alii Vitæ: Hæc ego funera laudo,
Si tam pro lucro ſtat Libitina celer.
Sed majora manent, meliorque beabitur INFANS,
Dum minimè (at ſero hoc) ORPHANA *vivet ibi.*
O' quantum addetur tunc Majeſtatis in Axe!
Quale incrementum non feret Aula Dei!
Tantâ deque DOMO=TERRAS *devincit Olympo=*
Tunc bene, tunc vere dixeris Alte Maro.

EPI-

Digitized by Google

EPIGRAMMA FINALE QUARTUM

Conqueritur Author de inani Augurio Pag. 201. & 202.
Modo tamen, atque iterum confirmatur.

IRrita, clamabam, ò mea vota! Sed intonuit Vox:
Pierides fallit ſæpe & Apollo ſuas.
Diſce, miſer Vates, tantum non fidere Muſis,
Eventura nimis Fata ſuperba ſilent.
Nec momenta Novi facile eſt attingere Divi;
Clotho at, quod repetis, jam cita nectit opus:
Atrophos iſta dein conſtanti Stamina penſo
Deducet, Lacheſis ſemper & exul erit.
Immerito (Iſta refert) tanto de crimine culpor,
Numina nec vellent hoc licuiſſe ſibi;
Sed nova pro votis ſubeant ut fila, neceſſe
Hinc erat incœptas exonerare Colos;
Quamque datum fruſtrant Muſæ, quam fruſtrat Apollo,
Hanc ego veridior ſpondeo Parca fidem.
Sic Vox, ſic Lacheſis; Cœlum ſubitoque coruſcum
Intonuit læva: Jam rata vota puto.

EX VOTO VOTUM = IN VOTO VOTUM = PRO VOTO VOTUM =
USQUE AD VOTUM VOTUM = ULTRA VOTUM VOTUM =
Sic omnia EX = IN = PRO = USQUE = ULTRA VOTUM *eveniant.*

SEQUUN-

SEQUUNTUR DISTICHA DUODENA

Ex Urnâ ſic Eadem de Se Ipsâ proloquitur
Tam hic inferius, quam in adverſa ſubſequenti pagina.

EX PATRE ACCIPITRE, *ex* AQUILA *ceu* MATRE *creata.*
Sollicita in Prædas, vix Ego nata, fui.
Hinc generoſa leves ſubito aſpernata triumphos,
Sum Primo Raptu læta potita DEO.
Sero merere velit, ſeu quis rapere ambit Olympum,
Talibus enaſci ſufficit ALITIBUS.
Progenerant AQUILÆ *modo nam, gigniuntque Columbas,*
Nec tamen Imbelles; Ah Venuſine tace.
Cœleſtes tentare Arces, citiuſque tenere,
Hoc opus, hic labor eſt, funera & ipſa juvant.
Integra nulla Dies peperit mihi Sæcula cuncta:
Ni vixi vivo; Mors mihi Vita fuit.
Jure Roſam dicam ſervari Marmore in iſto,
Si tulit una dies, abſtulit una dies.
Tempora at, o' utinam, pia quæ mihi fata negarunt,
ACCIPITRI *adjiciant, adjiciant* AQUILÆ.
Longævi valeant; nil nec felicior inde
Mors Illos rapiat, Me veluti Hæc rapuit.
At ſeri adveniant, unâque in Sede morantes
Nos juvet in Cœlis nidificare ſimul.
Stat Deus hic operum merces, pretiumque laborum;
Sit Merces Illis Qui Mea Præda fuit.
Quam bene tunc læti omnes! Gloria namque erit Illis
Promeruiſſe Deum, Prærapuiſſe Mihi.

VENI

VENI=VIDI=VICI.

VT VENI VIDI.
VT VIDI VICI.
VT VICI TRIVMPHAVI.

VENI=VICI=TRIVMPHO.

VENI VT CITO DISCEDEREM.
VIDI VT CITIVS TERRERER.
VICI VT CITISSIME AVFVGEREM.

VIDI=VICI=TRIVMPHO.

VENI AD LVCEM E TENEBRIS.
VIDI AERVMNOSVM VITAE PALAESTRIVM.
VICI PARTHICO MORE.

VENI=VICI=TRIVMPHO.

IN DESCENSV GRAVIS.
IN ASCENSV LEVIS.
IN VOLATV LEVISSIMA.

VIDI=VICI=TRIVMPHO.

DE COELO AD TERRAM CVNCTANTIOR.
DE TERRA AD COELVM VELOCIOR.
DE TEMPORE AD AETERNITATEM RAPIDIOR.

VENI=VICI=TRIVMPHO.

AN POTIVS EFFVLSERIM SEV EFFLVXERIM IGNORO.
SEMPER TAMEN EFFVLGENS.
NVMQVAM EFFLVAM.

VIDI=VICI=TRIVMPHO.

NIMIVM VERO VIXISSE DICAM SI VIXI.
ANNOS SINE MENSIBVS SINE DIEBVS INNVMEROS.
MENSES SINE DIEBVS IMMENSOS.
DIES SINE DIE INFINITOS.
TANDEM VITAM EVITANS IN VITAM INCIDI.
AETATIS MEAE ANNO MENSE DIE NVLLO.
PER HORAS ADFVI PER HORAS DEFVI PER SAECVLA SVM.
PAVCA MEMENTO MEMORARE MOMENTA.
QVIBVS EMERITA PROMERVI MONVMENTVM.
GRATVLAMINI INVISENTES ET INVIDENTES.

VENI=VIDI=VICI=TRIVMPHO.

Sequuntur noviſsima ejusdem Verba.

AVE CÆSAR CUM THERESIA
AVE CÆSAR CUM THERESI
AVECÆSAR CUMTHERES
AVECÆSAR CUMTHERE
AVECÆSARCUMTHER
AVECÆSARCUMTHE
AVECÆSARCUMTH
AVECÆSARCUMT
AVECÆSARCUM
AVECÆSARCU
AVECÆSARC
AVECÆSAR
AVECÆSA
AVECÆS
AVECÆ
AVEC
AVE
AV
A






SALVBJOSEPH
SALVEJOSEP
SALVEJOSE
SALVEJOS
SALVEJO
SALVEJ
SALVE
SALV
SAL
SA
S



SALVE CAROLE
SALVECAROL
SALVECARO
SALVECAR
SALVECA
SALVEC
SALVE
SALV
SAL
SA
S

SALVE OPETRE
SALVEOPETR
SALVEOPET
SALVEOPE
SALVEOP
SALVEO
SALVE
SALV
SAL
SA
S




CUMQUE ILLIS *SALVETE DIU*, *SALVETE* SORORES;
GLORIA SIC OMNES VOS MANET ISTA DEIN.

PRO FERIATO UBIQUE MARTE
SEU PACE UNDEQUAQUE STATUTA
HOC ANNO M. D. CC. XLVIII.

TETRASTICHON.

AUSTRIACUS, *Saxon*, *Sarduſque*, *Hollandus*, *& Anglus:*
Gal-Ligur, *Hiſpanus*, *Bavarus*, *ac Siculus*,
Ipſe Palatinus, *Mutinus*, *Boruſſius*, *Orbis*,
Denique Marte carent, *denique Pace vigent*.

EPIGRAMMA.

Uantâ heu nocte pluit! Redeunt ſpectacula tandem;
Cum Jove diviſum nec manet IMPERIUM.
CÆSAR *adhuc clamat: Quæcumque hoc*, *Juppiter*, *Orbe*
Reſpicis, *hæc etiam ſunt Tua*, *ſuntque Mea*.
Juppiter è contra: Tua ſint jam cuncta per Orbem;
FRANCISCUM, SPONSAM *nil minus Orbe decet*.
Perpetuo Hunc VOBIS, *ac* NATIS *fœdere cedo*,
Ipſaque poſt etiam ſpondeo Regna Poli.
Aſſenſere Dei, *reboante per æthera voce:*
= Pax Hæc In Cœlis, Hæc Sit In Orbe Rata =

IN IDEM ARGUMENTUM

Jani clauſum pingatur Templum deſuper inſcriptum

Semper Ita

Proh Superi! Hîc tandem, tandem Furor impius intus,
Sæva ſedens ſuper Arma, & centum vinctus abenis
Poſt tergum nodis, fremit horridus ore cruento.

Virgilius.

INFERIUS PARITER.

Nunc cunctis optata quies; Hæc una pericli
Turris erat: Pleno jam regnat Copia cornu.

Claudianus.

Semper Ita

MARTI ULTORI FAUTORI SERVATORI SUO POTENTISSIMO

GRATANS GRATA REFERT GRATES. SERVATAQUE SERVANS
AUSTRIA FIDA FIDEM. DIXIT UBIQUE VALE.

DISTICHON LEONINUM.

Marte Annos plenos, Pax fecit ubique ſerenos:
Jam minor Illa Deo, nunc Dea major eo.

IN

IN IDEM ARGUMENTUM

ANAGRAMMA NUMERICUM CHRONOGRAPHICUM

M. D. CC. XLVIII.——————587.
Ecce Fœderis Annus——————587.

Juxta Scalam pag. 13.

SEQUITUR EPIGRAMMA.

Nubiſer Annus erat; rutilans fuit inde repente:
Juppiter, anne Venus? Quis rutilare dedit?
Illorum neuter: Voluit ſed Juno Theresa
Ipſa Iris fieri, Sol ſubitoque fuit.
Gentibus, atque Orbi verè Ecce hic Fœderis Annus,
Quo tanta eſt Iris, Sol & ubique datus.
Aſt oritur, Dubiumque diu ſub Judice ſiſtet:
Anne Iris plauſus, Solve Magis mereat.
Ad libitum credant alii; Sententia certa eſt:
Tali quod ſine Lux Iride nulla foret.
Nulla, aut parva foret, demptâ hac, Lux, Iride in Orbe:
Ah valeant Soles, Iris ubi iſta nitet.
Emicat en toti Hæc Orbi; Sol ergo minorem
Se confeſſus eat, major & Iris eat.
Cæsar *ubi at ſplendet: Quis major? Muſa quid ad te?*
Anne datur major, neuter ubi minor eſt?

IN

IN INFIRMITATIBUS SUIS GLORIATUR AUTHOR

Antitheſon Quadratus

Hoc ſi de Libro Lector

Bene audis — Tu — Male audis

Bene audies — Male audies

Ut placet audias

VALETO

IN ILLO AT SALTEM CONSPERSA.
AVGVSTORVM NOMINA VENERARE.
AC VERERE.
AVTHORIS ANIMVM NON CALAMVM EXISTIMES.
AVSVS ILLE QVOD ISTE NEQVIBAT.
SIQVE EST TIBI DEXTER APOLLO.
VADE ET FAC SIMILITER.
NE TOTVS MORIARIS.
SED VT IPSE TIBI POSTHVMVS REVIVENS.
RENATVS IVGITER PERENNES.
NVMINA CVLTORES POST QVOQVE FATA BEANT.

Indignus cui

Aut Improbi — Aut Probi

Vel Viventi — Unquam — Vel Defuncto

Bene — Male

Dicant

AD AUTHORIS TUMULUM
EXCUDANTUR SEQUENTIA

NOMINA MAGNUS AMOR SI FECIT MAGNA PETRARCÆ;
NOMINA MAIOR AMOR PARVA DET EUSTACHIO.

QVIEVISSE HIC TANDEM GAVDET, SILVISSE DOLET.
AT NEQVE QVIESCIT NEC SILET.
AVDIN? SISTRVM PERSONAT.
OMNIVM OBLITVS ARTIVM.
HANC VNAM RETINET ATQVE EXERCET.
QVI ERAT EST.
ET NI DE AVGVSTIS ELATE LOQVITVR.
DE AVGVSTIS TACITE COGITAT.
IN ETIAM SARCOPHAGI ANGVSTIIS.
AVGVSTIOR.

D*Ecedens clamabat: Amo Vos* CÆSAR *&* UXOR*:*
Vos colo: TU CÆSAR, *Tuque* THERESA *Vale.*
Vos Amo, Voſque Colo: Salvete O Numina Mundi;
Mors rupit vocem, dum repetebat: Amo.
Vos Amo, Voſque Colo, tamen uſque e Marmore clamat;
Mors potuit vocem rumpere, non Animum.
Atque ut Amet melius, petiit mox atria Cœli,
Semper ubi AUGUSTOS *diſcit amare magis,*
Intentuſque Deo (*Doceas* TE *adamare*) *precatur;*
AUGUSTOS *doceas poſt adamare Meos.*
Semper TE *vivens Adamavi, O Numen, in* ILLIS;
In TE *nunc* ILLOS *ſemper Amabo, & Amo.*

SE-

SEQUENTI AUTHORIS EFFIGIEI
TALE PRÆCEDAT EPIGRAMMA.

PRimâ alii addìſcunt ardenter amare juventâ;
Hic ſolum didicit rectè adamare ſenex.
Nullus amavit amans huc uſque intenſius unquam;
AUGUSTIQUE *ſuo ſunt in Amore Duces.*
Virtutum cœleſte Exemplar adorat in ILLIS,
Quamvis de viſu ſors inimica neget.
At magis exardent contorti longius ignes,
Telaque in abſtantem vi graviore volant.
CÆSAREI *Mores, Pietas, Clementia ſumma*
Cogunt, ac facient, ut bene ſemper Amet.
Talis Amor docuit præſens hoc condere SISTRUM,
Condere talis Amor plura docebit adhuc.
Omnia, Naſo, tua aut ceſſent præcepta adamandi,
Omnes aut Artem tali in Amore doce.
At ceſſent artes: Da ILLORUM NOMINA *tantum;*
Ac Amor ipſe ſibi ſponte Magiſter erit.
Quod dare ſi poſſes, vultuſque & cernere mores,
Illicò natus Amor maximus eſſet Amor.
Ac ſubito exurgens, vix natus, factus adultus,
Nil ultra quiret creſcere, nec minui.
Ter Vos felices, quibus ILLOS *noſcere ſors eſt!*
Credite amabilius nil niſi Olympus habet.

Digitized by Google



EUSTACHII *Frontem, Vultus, ac lumina cernis;*
Cor ne Tu quæras: CÆSAR, *&* UXOR *habent.*
Pectoris Anguſti pertæſum clauſtra puſilla,
Pectoris AUGUSTI *Limina ſacra colit.*
O nimium felix, ſi clauſtra interna penetret!
Anticipata dares gaudia, Olympe, tua.

PRO ILLIS VIXIT. IN ILLIS VIVIT. CVM ILLIS VIVET
ITA PRO DEO. IN DEO. CVM DEO
VIVVNT ILLI. VIVAT IPSE. VIVANT OMNES
QVI AVDIERVNT. ET CONFESSI SVNT
QVOD IMPERII NOMEN EST IN AETERNVM.

Gg

Ex abundantia Cordis loquebatur Anno ætatis ſuæ LX. D. G. MAGNO Imperante FRANCISCO, MAGNA Regnante THERESIA AUGUSTORUM AUGUSTISSIMIS PROPAGATORIBUS.

Digitized by Google

Hîc demum
Nonnullæ referuntur Oblationes,
In quibusdam exhibendis Exemplaribus
Præ fronte appoſitæ,
Prout ſequitur, & primò.

Digitized by Google

Digitized by Google

SANCTISSIMI PATRIS
BENEDICTI XIV.

A DIVINIS IN ORBE ORACVLIS
SVMMI AC NVMINIS A LATERE PRIMI
PONTIFICIS VNDIQVE OPTIMI VNDIQVE MAXIMI
VENERABILIBVS PROVOLVTVS PEDIBVS
HOC PRAESENS LIBELLI EXEMPLAR
SIMVLQVE SESE ENIXE HVMILIARE
FLEXIS GENIBVS AVDET AVTHOR
EVSTACHIVS CARTOLI.

EPIGRAMMA.

ISTA *legant vacui, quibus otia commoda præſtas,*
Tu tantum admittas, paucaque forte leges.
Dii faciant Pylio vivas numeroſior ævo,
Semper & hoc vultu, vel meliore nite.
Hoc Populi, genteſque Tuæ nos corde precamur:
Sis Pater, ac Princeps talis ut Ipſe diu.
Priſca Fides, hilaris Clementia, cauta Poteſtas
Per Te conſtanti lege, magiſque vigent.
PROSPERE, *Proſperitas, Te ac Proſpera Proſperet ætas,*
PROSPERE *ſis Proſper, Proſper & Orbis erit.*

PROSPERUS LAMBERTINUS ——1292.
Maximus ab DEO Pontifex—1292.

Juxta Scalam pag. 13.

Digitized by Google

EMINENTISSIMO ATQVE AMPLISSIMO PRINCIPI
ALEXANDRO CARDINALI
ALBANO
A CAESAREIS NEGOCIIS
FERVENTISSIMO ROMAE STATVTO PATRONO
AVSTRIACORVMQVE REGNORVM OMNIVM
TER OPTIME MERITO COMPROTECTORI
HVIVSMODI EXEMPLAR SESEQVE SIMVL
HVMILIAT ATQVE COMMENDAT AVTHOR
EVSTACHIVS CARTOLI.

EPIGRAMMA.

NUPER *ſi Veſtra emicuit Domus Alma Triregno,*
Murice nunc Trino nil minor ecce nitet.
Utque magis niteat jam Sponſus HORATIUS *addet,*
Qui totidem poſthac Oſtra, Triregna regant.
Aſt heu quid dixi poſthac? Modo quisque Triregna
E Tribus eſt Vobis dignus ut alta gerat.
Evenientque, puto, quandoque oracula noſtra,
Ni fruſtra ipſe ſuam ſpondet Apollo fidem.
Trino Numen ineſt Numero; jure unde ſupremo
OSTRIS *debetur* TERNA TIARA TRIBUS.

ALEXANDER Cardinalis ALBANUS—1067.
Ecce Vigil Protector Cęsaris—1067.

Juxta Scalam pag. 13.

EMINENTISSIMO REVERENDISSIMOQ. PRINCIPI

MARIO CARDINALI MILLINO

AB AVGVSTISSIMA IMPERATRICE REGINA
SVPREMO ROMANA IN AVLA DELEGATO
MERITISSIMO
EIVSDEMQVE PRAESTANTISSIMO FAVTORI
HVIVSMODI LIBELLI EXEMPLAR
HVMILLIME EXHIBERE GLORIATVR AVTHOR
ETIAM ATQVE ETIAM SE COMMENDANS
EVSTACHIVS CARTOLI.

EPIGRAMMA.

NE grave CÆSAREAS TIBI *ſit percurrere laudes,*
Palladis AUSTRIACÆ *ſi geris Ipſe vices.*
Non etenim officio Vatum, per carmina facto,
Principibus res eſt aptior ulla Viris.
Tantæ Purpureus dum Divæ es jure Patronus,
Ejusdem Laudum, ſpero, Patronus eris.
Illa Tibi fidit dum rerum munia ſumma,
Gloriæ es (ac merito) pars quoque ſumma Suæ.
Ob REGINA *Tuo tanto bene tuta Patrono!*
Terque, Patrone, Tuæ tute Clientis ope!

MARIUS Cardinalis MILLINUS —1085.
REGINĘ THERESIĘ Ecce Patronus-1085.

Juxta Scalam pag. 13.

Digitized by Google

CLARISSIMO ATQVE AMPLISSIMO DOMINO
DOMINO CAROLO E' STAMPA
S. R. IMP. AC MONTIS CASTELLI COMITI
HISPANIARVM INTER MAGNATES DIGNISSIMO
PRO CAESARE PLENARIA AC VICARIA
AVCTORITATE IN ITALIA DONATO
EIVSDEMQVE A CONSILIIS INTIMO
SVPREMO FEVDALIVM IVRIVM
IN ETRVRIA STATVTO DICTATORI
NIL MINVS REI BELLICAE PROLEGATO
STRENVISSIMO
QVAM PRAESTANTISSIMO MELITENSI MILITI
TERQVE OMNIBVS NVMERIS ABSOLVTO VIRO
TALE LIBELLI EXEMPLAR
SESEQVE SIMVL DEMISSA FRONTE
AEQVE AC OBSEQVENTISSIMVS SISTIT AVTHOR
EVSTACHIVS CARTOLI.

Tali Libello Arridet Lemma
E TYPIS ad TYPUM.

J*Ure* TYPUM *Liber Iſte* TYPIS, *Te, exemptus anhelat,*
Deſertiſque TYPIS, *ambit adire* TYPUM.
Confectus, non ante TYPIS *perfectus aberrans,*
Sub Tanto ecce TYPO *perficiendus adeſt.*
Indita nec temere Tibi ſtant Cognomina STAMPA:
Verus es Heroum TUQUE DOMUSQUE TYPUS.

CAROLUS COMES E' STAMPA	909.
In Italia Pro CÆSARE Modo Atlas	909.
Mediolani Ac TUSCIĘ Ac ITALIĘ Sol	909.
Hæroum Hodie TYPUS	909.

Juxta Scalam pag. 13.

Digitized by Google

AD EUMDEM PRÆCLARISSIMUM
DOMINUM DOMINUM &c. &c.
IN EJUS PISAS ADVENTU.

PROLUSIO ANAGRAMMATICA.

CAROLUS EX STAMPA ——— 1031.
Ecce Juris AC MARTIS ATLAS — 1031.

SEQUITUR EPIGRAMMA.

JUre es ATLAS JURIS, *Feûdum dum Jura miniſtras;*
Jure es ATLAS MARTIS, *dum quoque in Arma jubes.*
Armorum, ac JURIS *Te Dictatore Supremo,*
Cedant Arma Togæ, cedat in Arma Toga.
Sed neutrum cedet: Pariter pro CÆSARE, *namque*
Per Te Mars regnat, regnat & alma Themis.
Ergo Maro incipiat, bene Te laudare paratus:
Arma, Togamque cano; Te ceciniſſe & erit.
Nos ò felices, nimiumque Etruria felix,
Si datur exemplis vivere poſſe Tuis!
Deſinat hinc Plato Socraticos exquirere Reges;
Det STAMPAM REGNIS, *firmaque Regna dabit.*

IN

IN IDEM ARGUMENTUM
ALIUD EPIGRAMMA.

FAlleris: AUGUSTUS *non eſt quem reſpicis*, *Arne;*
Nomine at: AUGUSTIS *non caret Ille modis*.
Supremum Exemplar felicior obtinet Iſter;
Tranſumptum ſatis eſt, *ſi Tibi tale dedit*.
Sol itâ congeminat ſe ſæpe nitoribus æquis,
Gaudet & in ſpurio Sole minore coli.
Eſt veluti apparens Terris Hæc nobilis Arctos,
Eſt Helice CÆSAR, *Major & Urſa latens*.
Nil tamen invideas Iſtro Tu Numina tanta,
Orbis at invideat Munera tanta Tibi.
Ad mare ſic tumidus pergas, *huic talia fando*:
En ego Neptunno ſat meliore fruor.
Sæpius Ille Tuas convolvit funditus undas,
Semper at Iſte meas pacificabit aquas.
O fortunatas Piſas, *quas incolit unâ*
Pallas, *Mercurius*, *Mars*, *Nemeſiſque ſimul*.
Cuncta Hæc in STAMPA *rutilant bene Numina*; *in Illo*
Nam quamvis latitet, CÆSARIS *Umbra patet*.

Digitized by Google

Digitized by Google

SACRO-REGIAE. MAIESTATI
IOANNIS. QVINTI

FIDELISSIMI. LVSITANIAE. REGIS
AEQVISSIMI. VTROQVE. IN. ORBE. MODERATORIS
FERVENTISSIMI. CATHOLICAE. RELIGIONIS
AMPLIATORIS
CONSTANTISSIMI. ROMANAE. ECCLESIAE. ADSERTORIS
FIRMISSIMI. FIDEI. PALLADII
AC IDEO. PIETATIS. NIL. MINVS
QVAM. REGNORVM. VASTITATE. CELEBERRIMI
VNDEQVAQVE. MAGNANIMI
MAXIMI. GLORIOSISSIMI
PRAESENS. HOC. LIBRI. EXEMPLAR
VNAQVE. SESE. VENERABVNDVS. HVMILIAT.
EVSTACHIVS CARTOLI AVTHOR.

Anagramma per Numeros majores.

IOANNES QUINCTUS ———— 947.
Rex Fidelissimus ———— 947.

Juxta Scalam Pag. 13.

IUre quidem *Regnas dictus* TER *in Orbe* FIDELIS;
Namque DEO, *ac* ORBI, TALIS *es ac* FIDEI.
Propterea HOC *meritò modò* TE *Cognomine tanto*
Roma, FIDES, ORBIS, *nuncupat Ipſe* DEUS.

Ii

Videantur Pagina 183. & 185.

Digitized by Google

Una ſimul cum hoc Libro Liber alter æque tranſmittitur ſub Titulo Veris Scenographia, ſeu quaſi omnigena Florum Icnographia, ſcriptorio Graphio extenſioribus Foliis ſtudioſiſſime elaborata, mediâque ejus in fronte, pari circum exornatâ methodo, talis legitur Oblatio.

IMMORTALI. NOMINI
GLORIAE. AC. MAJESTATI
J O A N N I S. V.
FIDELISSIMI
LUSITANIAE. REGIS. PERMAXIMI
HANC. FLORUM. ICNOGRAPHIAM
SCRIPTORIO. CALAMO. CONFECTAM
TER. HUMILITER. CONSECRAT
D. D. D.
EUSTACHIUS CARTOLI.

 AD

Maxima exoratur venia, ſi hæc eadem poſpoſitâ rationis methodo, hoc poſtremo reponuntur loco, uti expleto jam Codice ad opportunitatem rei recentius exarata.

AD EUMDEM PIISSIMUM ATQUE MUNIFICENTISSIMUM REGEM

VERUM RECTITUDINIS, AC REGNANDI PROTOTYPUM.

Juxta ſubjectam Materiam, ſive Florographiam,
Quæ ab HELIOTROPIO (vulgo *Giraſole*) exordium ſumit.

EPIGRAMMA.

H*ic quot collatos numeras*, REX MAXIME, *Flores*,
In TE *Virtutes tot quoque* TU *perhibes*.
HELIOTROPIUM *amans magis at* TE *jure figurat*,
Propterea hoc *ſubito pagina prima reſert*.
Nam quantum hoc *rapitur dilectâ ab imagine Solis*,
Tam Sol Divinus TE *trahit*, *atque rapit*.
Terque ei mentiſequs, *conſtanti ac lege* FIDELIS
Semper inhærendo, *diſcis ineſſe* DEO.
Sic verè, *ac meritò* JOANNIS *Nomine polles*,
Utque Aquila, *ad radios lumina fixa tenes*.
Noſcere TE *Totum qui vult*, TE *in Numine quærat*;
Namque in Eo Totus corde, *animoque manes*:
* *Totque* DEO *donas*, *ut jam quaſi neſciat Orbis*,
Dona an prævaleant reddita, *ſive data*.
Amplâ equidem, *firmâque manu* TE *ditat Olympus*:
Divitias Cœlo reddis at Ore Manu.

A. P.

* Proluditur præcipue immenſis divitiis Utroque ex Orbe recollectis, & ab Eodem in nuperrimo magnificentiſſimo Templo mirifice præter modum impenſis, ita Dei largitatem largitate rependens; Idcirco tali Templo ſequens arridet Monimentum.

A. P. R. M.

HIC CVMVLANTVR OPES. GEMINVS QVAS COLLIGIT ORBIS.
VNDE HIC NON TEMPLVM. SED MICROCOSMVS ADEST.
DIVVS ADORATVR IOANNES INTVS: OPIME.
DESERTA PATMOS. HIC HABITARE IVVAT.
NON IDEO IMMERITO EIVSDEM DE FVNERE CERTANT.
AVT COELO. AVT ISTO PERMANET ILLE LOCO.

DEI . GLORIAE . PIETATIS . INCREMENTO
DIVI . IOANNIS . EXALTATIONI
SVI . SVAEQVE . DOMVS . IMMORTALITATI
MAGNANIMI . EX . CORDIS . CONSVLTO
DIVINO . CONGRVENTE . ADFLATV

IOANNES V.

EXIGVO . TEMPORE
AMPLISSIME . COMPARAVIT.

HAEC. TIBI IOANNI. IOANNES TECTA PARAVIT.
DVM TV EI. IOANNES. TECTA BEATA PARAS.
ILLE SED IN TERRIS CITO QVAM TIBI TEMPLA LOCAVIT.
ILLI TAM SERVS TV. PRECOR. ASTRA LOCA.

EIDEM ETIAM PRÆLAUDATO TEMPLO
Præſens nil minus æque conſonat excudendum.

TETRASTICHON.

TRES FLVVII HIC CERTANT, HERMVS, PACTOLVS, HIDASPES,
AST AB ERYTHRAEO FLVMINA VICTA MANENT.
DEQVE ILLIS ISTVD CANERET IAM IVRE TRIVMPHVM,
OMNIA NI DANTIS VINCERET AMPLA MANVS.

REGIO

Tali occaſione aliud pariter donarium, & amplioris æque menſuræ adjungitur Liber, prout ſequitur enunciatus.

Digitized by Google

REGIO . SVMMO
LVSITANO . AC . BRASILENSI . PRINCIPI

IOSEPHO . ALOYSIO

MAXIMI . ATQVE . FIDELISSIMI . REGIS

IOANNIS V.

AVSPICATISSIMO . PRIMOGENITO
PATERNAE . AVITAE . PIETATIS
STVDIOSISSIMO . AEMVLATORI
SVAVISSIMO . REGNORVM . DELICIO
SVPREMO . PROFVTVRO . REGI

INSIGNIVM . ROMAE . TEMPLORVM
HANC . VNIVERSAM . SCENOGRAPHIAM
SEV . CODICEM . ICNOGRAPHICVM
PAVPERRIMO . DONO . DARE . ATQVE . HVMILIARE
DEVINCTI . ANIMI . ERGO
NIMIVM . AVDET
TER-QVATER . OBSEQVENTISSIMVS
EVSTACHIVS . CARTOLI

TETRASTICHON.

PLurima *Templa vides, Mundo quibus Alma triumphat*
Roma, quibus meritò tollit ad Aſtra caput.
Prout ſunt, hîc extant: Tua *verò* Ecclesia *deeſt,*
Nam tale Exemplar ſolus Olympus *habet.*

Ante

Digitized by Google

Ante Folium Divi Joannis Lateranensis Templi Ortographicum, ad cujus Modulos, & æmulationem alterum ab Joanne Rege V. ſumptuoſe extructum Olisippone mirificè conſurgit, tali inquam Delineationi hujuſmodi præcedit, atque apponitur.

EPIGRAMMA.

Dices, ſi Molem bene Tu perpendis utramque:
O quantum Ars potuit, quàm potuit Pietas!
Joannem *verò magis an (ſub lite revolves,)*
* *An* Constantinum *prævaluiſſe putes.*
Iſte dedit tantùm quamplura Huic marmora Templo,
Ille Suo *Occasûs, datque Orientis opes.*
Alter Major erat plenâ ditione per Orbem,
Aſt Animo, atque Manu fors fuit Ipse minor.
Ipſe ſibi totum, noſtrumque reclauſerat Orbem,
Ille Deo, *ac intus clauſit utrumque Polum.*
His bene libratis, fortaſſis dicere præſtet:
Cœlicolum Domus hæc; ſit Domus illa Dei.

* Tale Templum Romæ a Magno Constantino excitatum ſatis liquet.

Digitized by Google

PRAECLARISSIMAM ATQVE AMPLISSIMAM
EXCELLENTIAM

DOMINI BARONIS DE PHŰTSNER

A SANCTIORIBVS AVGVSTORVM CONSILIIS INTIMI
IN AVLICO VIENNENSI PRO ETRVRIA SENATV
PRAECIPVI DICTATORIS, AC PRAESIDIS
CAESAREI IN OMNIBVS STVDIOSISSIMI TVTELARIS.

VT ABSENTIS AVTHORIS NOMINE
AVGVSTISSIMORVM PEDIBVS
HVIVSMODI LIBRVM LATOREMQVE FILIVM
HVMANITER HVMILIARE DIGNETVR
PER SVPPLEX SVBSEQVENS EPIGRAMMA
OBSEQVENTISSIME EXORAT AVTHOR

EVSTACHIVS CARTOLI.

NOn temere uniſoni Geminos ſenſere Sophiſtæ,
Cuſtodes Genios Regibus eſſe datos.
Quod magis eſſe patet, Genius dum Cæsari *ab alto*
Alter, Tu Cuſtos alter in Orbe manes.
Sic geritis Terris curam pro Cæsare *uterque;*
Ille docens Cœli, Tu viam ad aſtra docens.
Ah doceas pariter, Tibi quem commendo, libellum,
Qualis ad Augustos *ſit via certa pedes.*
Magna quidem poſco, ſed non indebita poſco;
Sunt etenim Magnis magna roganda Deis.
Cuncta vales quæcumque velis; Quid mitius orem,
Quàm Tu ſis Numen Numina ad Alma Libro?
Tunc ego jure canam: poterunt quàm Numina ſumma,
Numina ſi tantum ſponte minora favent!

Da Domine, ut placeant verba mea in conſpectu Principis,
Et ut intret Oratio noſtra coram Eo.

Digitized by Google

Nonnulla denique
Subjiciuntur hîc Epigrammata,
Sive Typis exaratæ Proluſiones,
Quæ in tergo uniuſcujuſque
Ex depictis enunciandis Tabellis
Pro Donario, uti ſequitur,
Perleguntur appoſitæ.

AD AUGUSTUM ROMANORUM CÆSAREM

FRANCISCUM PRIMUM

Juxta ſubjectam defeſſæ FAMÆ EFFIGIEM

EXASTICHON.

QUANDOQUE ANHELAT ET IPSA.

Siſtra parum reſonant, quare en Tibi, MAXIME CÆSAR,
Additur ipſa TUI FAMA *canora Comes.*
Hanc ſociam trado, ſed rurſus facta pererrans,
Nec Tecum ſiſtet, ſit TUI *ut Orbe loquax.*
Sique ſilet, nimioque rubet laſſata labore,
Culpa Tua eſt; pro TE *eſt facta labore minor.*

Egregius Antonius Gabbiani pinx. Euſtach. Cartoli D. D. D.

Externis penitus caret Ornamentis, nam
TU DECOR ES FAMÆ, SOLUS ET IPSE DECUS.

Tantæ Domus Præconia videantur in conſocio
Libro SISTRO per totum.

AD AUGUSTAM IMPERATRICEM REGINAM

MARIAM THERESIAM

Juxta ſubjectam ASSUMPTÆ VIRGINIS EFFIGIEM.

EXASTICHON.

SPLENDET, ET ASCENDIT.

Quò tranſlata ſemel jam corpore VIRGO *migravit,*
Illuc quotidie TU *quoque corde migras.*
Tamque migras, Terris ut vix TUA *portio reſtet,*
Sic ibi TE *Patriam jure tenere probans.*
Noſco equidem, cunctoſque juvat, quod noſco, fateri:
INDIGENA *in Cœlis,* INCOLA *in Orbe manes.*

Famigerat. Carolus Maratta pinx. — Euſtach. Cartoli D. D. D.

Externis affatim caret Ornamentis, nam
VIRGINI IN ORNATUM STANT TUA CORDA SATIS.

Tantæ Domus Præconia videantur in conſocio
Libro SISTRO per totum.

AD REGIUM CÆSAREUM PRIMOGENITUM

JOSEPHUM BENEDICTUM

Juxta duas ſubjectas Effigies in laminis ex Aurichalco ſtrenue depictas, quarum una DIVUM MICHAELEM (cujus Ipſe nomen defert) DIVUM altera HIERONYMUM repræſentat.

EXASTICHON.

ARMORUM, AC SANCTIMONIÆ STRENUITAS.

EN TIBI *cum gladio* MICHAEL: *Quem Nomine adæquas,*
Hunc ſimul exæques enſe, animoque pari.
Hieronymuſque fuit qualis Fidei alta columna;
Nos apud, atque DEUM TU *quoque talis eris.*
Sic virtute pari Armorum, Morumque nitore
Orbis fulcimen, ſis columenque Poli.

Guido Rhenus, } pinx.
Auguſt. Caracci }

Euſtach. Carroli D. D. D.

Ejusdem Præconia videantur in conſocio Libro SISTRO *Pagina* 17. 125. 132.

Digitized by Google

CAESAREAE AVGVSTAE PRIMOGENITAE

MARIAE ANNAE

HEROVM HEROINAE FILIAE DVLCISSIMAE
SVMMAE SPEI EFFLORESCENTI LILIO
IN AVSTRO-LOTHARINGIO FIRMAMENTO
PVLCHERRIMO EXVRGENTI SYDERI

HOC IPSVM LIBRI EXEMPLAR
SANCTISSIMAE FLORENTINAE NVNCIATAE
ICHNOGRAPHICIS MIRACVLIS EXARATI
IAMPRIDEM CELEBERRIMAE ANTENATAE SVAE
PROVT LEGITVR NVNCVPATI
NVNC ITERATO QVAMVIS INNOVATO
TITVLO, VOTO, AC MVNERE
TER ET VLTRA OBSEQVENTISSIMVS
D. D. D.
EVSTACHIVS CARTOLI.

EPIGRAMMA.

NEſcit abire *Tuâ* VIRGO COELESTIS *ab Aulâ*,
Propterea Hic Codex ad ſua ſigna redit.
Lotharidum Soboli meritò ſuit ante dicatus;
Lotharidum Soboli jure dicatur adhuc.
* *Siſtra hunc aſſociant;* MARIAM, *Tibi namque* PARENTEM,
Illa canunt; MARIAM *dum Liber iſte canit.*
Adderis Ambabus quoque Tu: Quænam ergo triumphet?
VIRGO *equidem*, *Mater mox Tua*, *Tuque dein.*

* Videantur in dicto Libro SISTRO pag. 139., & pag. 144.

Digitized by Google

AD AUGUSTAM CÆSAREAM SOROREM

ANNAM CAROLINAM

In ſubjectam Ancillæ Domini Effigiem.

EXASTICHON.

HUMILITATE PLACUIT.

Anna Augusta Soror, *meritò Tibi, Humillima, ſemper,*
Quam Tu *ſectaris*, Virgo *Magiſtra datur.*
Stat Tibi *in exemplum; Tantâ* Te *Matre docente*,
Nil mirum ſi alios tam bene docta doces.
Sique minus Virgo *demiſſa, humiliſque fuiſſet,*
Fors de Diſcipulâ Hâc ambitioſa foret.

Celeber Carolus Dolci pinx. — Euſtach. Cartoli D. D. D.

Externis quibuſvis denudatur Ornamentis,
OMNES NAM FUCOS VIRGO HUMILIS REJICIT.


Ejuſdem Præconia videantur in conſocio Libro Sistro
Pag. 153., *& ſequentibus.*

33 353597

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google





Digitized by Google